ram / mare / et omnia / que in eis ſūt
etc̄. Et hec dicentes / vix ſedauerūt
turbas ne ſibi immolarēt ut dicit^r^
act̄ xiiij^o^ Nos igitur demus gloriā
et honorem deo in hac vita / quatin9
poſtmodum ī regnum celorum trāſ
lati / dicamus illud apoſtoli ad col̄
primo / Gratias agentes deo / q̄ dig
nos nos fecit in partem ſorte ſanc
torum in lumine / q̄ eripuit nos de
poteſtate tenebrarum / et trāſtulit
in regnum filij dilectiōis ſue / id eſt
dilecti filij ſui cū quo et ſpiritu ſcō
viuit et regnat in ſcl̄a ſeculorum ·

Sermo decimusnonus ·

Viſis q̄tuor proprietatibus
ſeu cōditionibus regni
celorum. Videde ſūt ad/
huc due · Quarū pri/
ma que eſt quinta in ordine / q̄ il/
lud regnum eſt gaudioſiſſimū in q̄
ōnes b̄ti dicūt illd apo. xix^o^ / Gau
deamus et exultemus et demus gl̄am
deo Nam cātus eorum continuus / eſt
all̄a ut ibidē dr̄ / Et tobie xiij^o^ · Vn̄
in illo regno nullus dolor aut triſti/
cia ē Sicut apo. vij^o^ dr̄ Abſterget
deus omnem lacrimā ab oculis eo/
rū ſcz beatorū / et mors nō erit vlt̄.
neqꝫ luctus / neqꝫ clamor / neqꝫ dolor
Beati eni̅ ut dr̄ pſa. li^o^ Gaudium
et leticiam obtinebūt / et fugiet ge/
mitus et dolor ab eis Jdeo cuilibꝫ eo
rū dici pt̄ illud Mt̄ xxv^o^ Jntra in
gaudiū dn̄i tui / Vbi denotatur / q̄
q̄libet beatorum habet gaudium
omniquaqꝫ et vndequaqꝫ. Jn hoc
q̄ dicitur intra / dicat ergo cum pro/
pheta · Gaudens gaudebo in domi/
no et exultabit anima mea in deo
meo / quia induit me veſtimento ſa
lutis / et indumento leticie uel iuſti
cie / ſcd̄m aliam litteram circundedit
me / ut dicitur yſaie lxi^o^ Vt autē
tanto clarius videatur plenitudo
gaudij beatorum · Notandum eſt /
q̄ tria ſunt que plenitudinē gau/
dij uel omnino tollunt / uel ſaltem
minuunt que non ſunt in regno ce
lorum / ſcilicet pudor / diſplicentia /
et timor · Primum eſt pudor ·
et eſt de peccatis preteritis. Nam
peccata perpetrata / ad memori/
am reuocata / ſolent generare pudo
rem / maxime ſi ſint alijs cognita.
Vn̄ ad rō. vi^o^ dr̄ Quem fructū ha
buiſtis tūc in illis / in quibus nūc
erubeſcitis Et Jer̄ xxij^o^ dr̄ Confu
deris et erubeſces ab ōi malicia tua
Verū eſt tn̄ / q̄ talis erubeſcētia q̄n
inducit hoīem ad pn̄iam / iuxta illud
ſenece Quē diu pudor ī aīo durauer/
rit / aliquis erit bone ſpei locus. De h
cātat^r^ ī q̄dā pūmo Pudor ſit ut dilu
culū / Viz ut ſicut diluculū īcipit a
nocte / et t̄minat^r^ ad clarā lucē / ſic pu
dor incipiat a pcc̄is / et terminetur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

per penitētiā ad lucē gratie Sz in
regno celoꝝ nullus eſt pudor aut
erubeſcentia de pcc̄is ꝯmiſſis. eciā
quātūcūqꝫ grauibus vel enormi-
bus/ ſed magis eſt ibi grāꝝ actio
de remiſſiōe ipoꝝ/ ꝑut tactum fuit
in ſermone precedenti· ¶ Scd̄m qd
gaudium tollit aut minuit eſt diſ
plicētia/ ⁊ eſt proprie de malis p̄-
ſentibus/ quibus animus commo
uetur et gaudium minuitur· Ob-
iectum enim preſens mouet/ vł ad
gaudium/ ſi eſt delectabile/ vel ad
dolorem/ ſi eſt diſplicibile· Jdcirco
anthiochus rex/ qui illuſtris dice
batur/ audiens ea que ſibi diſpli-
cebant/ tantum doluit ꝙ incidit in
languorem mortalem ut dicitur
p̄mo macha. vi°. ¶ Sed in regno ce-
lorum michil diſplicet/ beatis ſcili-
cet/ nec in deo/ nec in creaturis/ nec
intus/ nec foris· Jbi namqꝫ vis ra
tionalis plene cognoſcit/ vis con-
cupiſcibilis plene poſſidet/ et vis
iraſcibilis plene quieſcit ¶ Jbi vis
rationalis non habet dubium/ vis
concupiſcibilis non habet defectū.
et vis iraſcibilis non habet motū.
¶ Jbi vis rationalis non decipitur.
Vis concupiſcibilis non inficitur·
et vis iraſcibilis non frangitur.
¶ Tercium quod gaudium tollit
aut minuit/ eſt timor/ et ē proprie
de malis futuris Jſte eſt timor ſer
uilis de quo dicitur ad rō. xiii°· Si
male feceris/ time/ ſcilicet vindic-
tā futurā Et pſa. xliii° dr̄ Noli ti-
mere/ qꝛ redemi te· Jtē ibidē. Noli ti
mere/ qꝛ ego tecū ſū/ ſic ps̄ dᵗ. Non
timebo mala quoniā tu mecum es·

¶ Sed iſte timor non eſt in regno
celorum/ Vbi perfecta caritas reg-
nat/ quia perfecta caritas/ foris
mittit timorē/ ut dicitur prima. Jo
hannis iiii°/ Et zophoꝛ. Vltimo di
citur· Non timebis malum vltra.
Tamen ibi eſt timor filialis/ qui
eſt reuerentialis/ de quo dicit pſal
miſta. Timor domini ſanctus per-
manens in ſeculum ſeculi/ Jtē ibi-
dem/ Timete dominū omnes ſanc-
ti eius De hoc timore dicit caſſio-
dorus/ Qui deū bene timet/ et amat
Qui bene amat/ bene et timet/ res
iſte ī celeſti deuotione ſociate ſunt
¶ Ex predictis patet/ ꝙ in regno ce-
lorum eſt ſummum gaudium· Jdeo
ſancti eciam ī hac vita pre oculis
habentes magnitudinē gaudii ce-
leſtis/ habuerūt magnū gaudiū cor
dis. q̄ſi quoddam preludiū celeſte
gaudii/ et ob hoc omnia triſtia/ et
doloroſa eis occurrentia patienter
tollerabant· Sic fuit de pſalmiſta
qui dicit Letatus ſum in hiis que
dicta ſunt michi in domum domini
ibimus. Vnde et apoſtolus horta-
batur nouiter conuerſos ad iſtud
gaudium dicens Gaudete in domi
no ſemper. Jterū dico gaudete ad
philippenſes iiii°. De tali gaudio
iuſtorum in hac vita dicitur eccle-
ſiaſtici xxx°· Non eſt delectatio ſu-
p cordis gaudiū/ Sz q̄dam non in
dn̄o/ ſꝫ ī malicia vł vanitate/ ⁊ ī ſe-
ipſis gaudēt et gaudia querūt/ De
gaudio ī malicia dr̄ ꝓu. ii°· letāᵗ
cū male fecerīt/ et exultāt ī rebus
peſſimis Et ecc̄i 19° dr̄ Qui gaudꝫ
ī iniq̄tate denōbitᵗ/ p.n.i. dāpnabitᵗ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ſᵐ britonem/vᵉ deñotabitur p.n.
.i.maledicetᵉ ſᵐ eũdē/ De gaudio ī
vanitate/dicit gregorius Nemo po
teſt hic gaudere cũ ſclo/et illic reg
nare cum xp̄o/ De gaudio in ſeipſo
dicit idem gregorius/ Dignũ eſt/ut
in ſeipſo merores ſemper inueniat
qui derelicto creatore in ſe gaudia
querebat./ Nos igitur contemptis
gaudijs malis/gaudeamus in do-
mino.ꝛ aſpiremus ad gaudia ſup
na/ut ad illa tandem perueniamꝰ
Quā magna vero ſint illa gaudia ce
leſtia/poteſt perpendi ex quibuſdā
exemplis· // Exᵐ· // Legitᵉ nāq̧·
ꝙ diabolus interrogatus de mini-
mo gaudio regni celeſtis/dixit Si
totum celum eſſet pgamenũ/mare
incauſtum/ſtelle ſcriptores/ꝛ ſtra
mina penne/per hec omnia nō poſſ3
deſcribi minimũ gaudiũ ſanctorũ.
Cui ſatis conſonat beatus augꝰ.ī
epiſtola ad cyrillũ/dicēs/ꝙ anima
ſancti ieronimi ſtatim poſt obitum
ſibi apparēs/inter alia ſibi dixit hᵉ
verba/ Potius totum mare in artiſ
ſimo clauderetᵉ vaſculo/potius ter-
rarum orbem paruulus teneret pu
gillꝰ/potius a motu cōtinuo celum
deſiſteret/ꝙ̄ gaudiorũ ꝛ gl̄e quibꝫ
btōrum anime ſine fine potiuntur
minorem intelligeres particulam·
niſi tu vti ego experiētia doceteris
hᵉ ille· // Exᵐ· // Legitᵉ etiā/ꝙ in q̄
dam abbatia erat quidā monachꝰ
deuotus et religioſus/qui multũ pe
tijt dominum ut oñderet ſibi mini-
mum gaudium regni celeſtis/ Cō-
tigit autē quadam vice/ut finitis
matutīs exiret foras ad aurā Ubi
ſtans audiuit auiculā dulciſſiē cā
tantem Et cum ipſe propius acce
deret/auicula volauit ad aliam ar
borem/et ſic ſequendo auiculam p
uenit ad ſiluam vicinam monaſte
rio/et ſtans ſb quadam arbore au
diuit auiculam cantantem/et tan-
tũ delectabatur in cantu eius ꝙ ſe
re fuit oblitus ſuiipſius/ Tandem
auicula auolauit/et ipſe putans ſe
vix p vnam horam ibi ſtetiſſe cū
rediret ad monaſterium inuenit e
difitia mutata Et cum miraretur
et clauſtrum intraret/neminē cog
nouit/et a nemine cognoſcebatur
Ipſe vero dixit ſe eadē die poſt ma
tutinas exiuiſſe de clauſtro/et mi-
rari valde de mutatōne edificiorum
et perſonarum/ Tandem monachi
auditis ſermonibus eius et ſub q̊
abbate exiuiſſet/inuenerunt ī ſcrip
tis ꝙ quidam monachus deuotus
exiſſet clauſtrum ſub illo abbate.
et ꝙ incognitũ fuiſſet q̊ deueniſſet·
Et omnibus conſideratis et diſcuſ
ſis/inuenerūt ipſum plus ꝙ̄ cen-
tum annis ſtetiſſe ſb arbore· Qui
ſūptis ſacramētꝭ eccleſiaſticis/ſta
tim dulciter obdormiuit in domino
// Exᵐ· // De huiuſmodi gaudio
celeſti/ī libro apum/pulcrū poītur
exemplum· Videlicet· ꝙ quidam ca
nonicus regularis deuotus/cū gra
uiter affligeretᵉ a ſuis p̄latꝭ/et tñ
in omnibus obſequioſus eſſ3/ vole
bat vincere ī bono malum/ſ3 nō po
terat Veſpere igitur q̊dam/ꝓpᵗ id
qᵈ patiebatᵉ tribulatus lacrimas
amariſſiās fudit/dep̄cās ſcōs mar
tires ſc3 mauritiū ꝛ ſocios eiꝰ q̊rū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

feſtum inſtabat/ ut eoꝝ precibus
ꝯſolari mereretur ⁊ adiuuari Nec
mora/ cū cubiculūītraſſet/ et leniē
obdormiſſet/ audiuit choros ange/
loꝝ cātantiū in ſublimi Gaudent
in celis aīe ſanctoꝝ/ qui xpiſti veſ
tigia ſūt ſecuti/ et qꝛ ꝓ eius amore
ſanguinē ſuū fuderunt/ ideo cū xpō
regnāt in eternū· Dixit aūt poſtea·
ꝙ cantus ille tante dulcedinis ex
titit/ ꝙ niſi deus eū ad vitā aliter
ordinaſſet/ fere aīam eius de corpo
re rapuiſſet Et qm̄ illo tēpore gra
uiſſima infirmitate detētus erat.
in ſola delectatōe illius cātus/ tam
ſpiritu ꝙ̄ corpore ſic integre ſoſpi
tatꝰ ē/ ut vix eū poſtea ulla ꝑtur
batio/ ꝙ̄tūcumqꝫ magna ledere po/
terat· Sexta ꝓprietas ſeu cōdi/
tio regni celoꝝ eſt· ꝙ ipſū eſt ſecu
riſſimū et lōgiſſimū duratōe/ quia
perpetuū eſt/ et ipſum ſancti ſine fi
ne poſſidebūt Vn̄ apo. vi° dr̄ Dn̄s
deus illuminabᵗ illos/ ſcꝫ ſanctos
in ꝑria/ et regnabūt in ſecula ſecu/
loꝝ Nec mirū· q̄a beati de ſua gl̄a
ſecuritatē hn̄t/ ꝙ eam nullatenꝰ
amittere poſſunt. Ideo ꝑ̄ſa. xxxii°
dicitᵗ Erit ſecuritas vſqꝫ in ſempi
ternū Et ezech. xxvii° dr̄ Habi/
tabūt in ea ſecuri. Et ecā vltimo
dicitᵗ. Ibit homo ī domū eternitatē
ſue/ Sunt autē tres cauſe iſtiꝰ ſe/
curitatē/ ⁊ ꝑpetue regnatōis ſcōꝝ cū
// Prima eſt· ꝙ illud regnū dei/ in
ſe eſt ꝑpetuū· Dn̄s enim regnabit
in eternū et in ſeculū ſeculi ut dicᵗ
pſalmiſta Itē· regnū tuū/ regnum
ōnium ſeculoꝝ Et luce i°. dicitur
Regni eiꝰ nō erit finis Et daniel

vii° dicitᵗ Poteſtas eius/ poteſtas
eterna/ et regnū eius qd̄ non corrū
petᵗ· // Secūda cauſa eſt/ perpetua
adheſio btōꝝ ad deū/ quia beati nec
volūt/ nec poſſūt ſe auertere a deo.
Non enim volunt/ qꝛ nichil faſtidi
unt in deo/ et nichil appetūt extra
deū Etiā non poſſunt/ qꝛ cōfirmati
ſunt in dn̄o nec ſolū ad tēpus/ ſꝫ et
in perpetuū· iuxᵃ illd̄ pſalmiſte. Cō
firmaſti me in cōſpectu tuo ī etnū
Itē· confirmat aūt iuſtos dn̄s· Iō
de q̄libet btō dicitᵗ ecā xxxi° / Sta
bilita ſūt bona eius in dn̄o Vnde et
q̄libꝫ btōꝝ poteſt dicere cū ſpōſa il/
lud can̄. iii° / Tenui illā nec dimit/
tam · // Tercia cauſa eſt/ perpetua
vnio dei ad beatos· Nō em̄ vnq̄ꝫ de/
ſeret eos/ qꝛ deus nūq̄ꝫ auertit ſe a
creatura ſua/ niſi ꝓ̄us illa ſe au̇tat
a deo Au̇ſio nāqꝫ ſemꝑ incipit a no
bis/ ſed cōuerſio īcipit a deo/ qꝛ nū
q̄ꝫ cōu̇timur ad deū niſi deus prius
ſaltē per grām preuenientē cōuer
tatur ad nos· Vnde ꝓ̄ncipium boni
noſtri eſt a deo/ ſed ꝓ̄ncipium mali
noſtri ē a nob̄· Igitᵗ/ ſi deus nō deſe
rit ſperātes ī ſe/ ut dr̄ Iudith xiii°
Tūc vtiqꝫ nō deſeret poſſidētes ſe/
ſecūqꝫ regnātes· // Si ergo regnū
dei ē in ſe perpetuū/ quo ad ꝓ̄mū/ et
beati nūq̄ꝫ auertētᵗ a deo quo ad 2ᵐ·
et deus nunq̄ꝫ au̇tetᵗ ab eis quo ad
3ᵐ· ſequitᵗ/ q̄ beati ſecuri ſūt de ſua
regnatōne cū deo Bene ergo ꝑ̄s di
cit Non cōmouebitᵗ in etnum/ qui
habitat in ihrl̄m/ Quicūqꝫ ad hāc
ſecuritatē deſiderat ꝑtingere/ n̄ pro
mittat ſibi ſecuritatē in hac vita.
in qua nulla eſt/ iuxta illd̄ dictum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

auguſtini Nemo ſecurus debꝫ eſſe
in vita iſta/ que tota temptatio no
minatꝛ Debet aūt homo ſemper ti
mere/ et laborare bn̄ agendo/ et uſqꝫ
in finem pſeuerando Nam ſi homo
nō poſuerit finem operi ſuo bono.
deus non ponet finem mercedi ſue
Si nos ſeruierimꝰ dn̄o per totum
tēpus nr̄m/ ipſe dabit nobis mer-
cedem p totā eternitatē ſuā Ope-
remur igitꝛ bonum q̄ diu fuerimꝰ.
et dn̄s retribuet nobis q̄diu ipſe
fuerit/ Ad iſtā ſecuritatē regni ce-
leſtis/ non ptingent illi/ qui hic ſe-
curi eſſe volūt in medio maris/ in
medio inimicoꝝ ſuoꝝ/ et in loco in-
ſtabili/ ⁊ ruinoſo Et ideo/ deficiunt
a bono/ cadunt in malū/ ⁊ laqueātꝛ
ac t̄huntur ad infernū Vn̄ ī ſignū
huius dicitur Judicū xviijo/ Vene
rūt filij dan in lachis/ ad populum
quieſcentē atqꝫ ſecurū/ et percuſſe
runt eos/ in ore gladij. Jdeo grego-
rius in moꝝ. dicit Sepe quē temp
tatōis certamē ſuperare nō valuit.
ſua deterius ſecuritas ſtrauit Hinc
eſt q idē gregorius in moralibus
dicit Electi q̄ diu in hac vita ſūt/
ſecuritatis ſibi cōfidētiā nō ꝑmit-
tūt Et idcirco ſcḋm verbū auguſtini
Erūt tunc id eſt in futuro ſecuri/ q̄
modo id eſt ī preſenti nō ſūt ſecuri
¶ Exm̄. ¶ Jſtud habuit pre oculꝭ/
filius cuiuſdam magni pn̄cipis/. q̄
cū intraſſet religionē/ venit ad eū
pater ſuus/ ut eum blandis verbis
educeret Cui filius dixit/ q ſi cō-
ſuetudinē quādam que fit ī terra
ſua tolleret/ proculdubio exiret or
dinem/ Et cū pater quereret/ que eſſꝫ
talis conſuetudo tollēda/. reſpōdit
filius Conſuetudo eſt ī t̄ra vrā q
iuuenes tā bene moriūtur/ ſicut ſe
nes/ et q iuuenes non ſunt magis
ſecuri de vita q̄ ſenes. Si ergo ſe-
curitatē michi non dederitꝭ de diu-
turna vita/ nō exibo. Qd̄ pater au
diens/ ⁊ pōdus verborū attendens/
dimiſit eum in religione. ¶ Exm̄
Non ſic fuit de q̄dam duce friſonū
Legitur enim q tēpore leonis im-
peratoris tercij/ Rachbodus dux
friſonū/ ad predicationem venera-
bilis viri dompni wulfrāni ſeno-
neñ epiſcopi/ adductꝰ ut baptiza-
retur/ cū vnum pedem in lauachrū
poſuiſſet/ queſiuit/ Vbi plures ma
iorū ſuorū eſſēt/ in īferno an ī pa-
radiſo Et audiēs q plures eſſent
ī īferno/ ſtinctū pedē retrxit Letꝰ ē
inquiēs/ ut plures ſequar/ q̄ pau
ciores. Et ſic ludificatꝰ a dyabolo
t̄cia die ſubito moriebatꝛ/ Btūs eſt
ergo homo/ q̄ ſp ē pauidus. i. q̄ nul
lā ſecuritatē ſibi ꝑmittit ī hac vi
ta/ ī qua nulla ſecuritas ē. Eſt aūt
btūs/ qꝛ per talem pauorē/ ⁊ formi-
dinē/ a malo ſe retrahit/ et ad bonū
ꝑuocat/ et ad beatitudinē regni ce
leſtis tandē ptinget adiuuante do
mino nr̄o ihū xp̄o/. qui eſt cū patre
et ſpū ſcō benedcūs in ſcl'a ſcloꝝ.

Sermo viceſimus

Fiat volūtas tua. ſicut
in celo et in terra.
¶ Hec eſt tercia petitio
principalis ſacre dn̄ice
orationis/ qua petimꝰ voluntatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ſue voluntati ſubmitti ⁊ ꝯfirmari
Et ut q̊ mō h̄ fieri debeat exp̄ma/
mꝰ/dicimꝰ/ſicut ī celo et in t̄ra Et
licet ſic petere diuinitꝰ ſimus edoc
ti/nos tn̄ quātū poſſumus/ad id co
nari debemus·Nā fruſtra q̄s pete/
ret volūtatē dei a ſe fieri/ q̄ ſponte
et ex propoſito voluntati dei cona/
retur reſiſtere/ſeu rebellaē Ut au
tem iſtud clarius īnoteſcat/q̄tuor
pūcta ſunt de hac materia tractāda
et videnda· Primū eſt/q̄ et qual̄
ſit volūtas noſtra · Scdm eſt/q̄
et qualis ſit voluntas dei · Ter/
ciū eſt/quid deus velit a nob̄ fieri
Quartū eſt/quomō voluntatē
dei debamꝰ īplere ⁊ pficere· Quā/
tū ad primum/ſcilicet que et qua/
lis ſit voluntas noſtra/Dico p̄mo/
ꝙ voluntas noſtra prout ſumitur
pro quadam vi/ uel potentia/ non
prout ſumitur/ꝓ actu volendi/eſt
nobis cōcreata.ꝑ quā eciā deo aſ/
ſimilamur et ōnes creaturas īnfe
riores mundi precellimus/Sed in
h̄ voluntas nrā/differt a volūtate
dei/ ꝗ volūtas nrā eſt mutabil̄/ut
ſcilicet nunc velit aliquid/ q̄d poſ/
tea non velit/ ß voluntas dei ē im/
mutabilis Et licet voluntas dei
ſit in ſe īmutabil̄/ tn̄ mirabili mo/
do/ea q̄ mutabilia ſūt aliter et ali
ter diſponit/Itē·voluntas nrā po/
teſt ſe conuertere ad bonum uel ad
malū/et auertere a bono uel a ma
lo ꝓut ſibi placet Sz volūtas dei
nō poteſt ſe auertere a bono/⁊ cō/
uertere ad malū·Et ſi dicat̄/ꝙ er/
go voluntas hoīs ſit potētior/ uel
liberior q̄ꝫ voluntas dei/eo ꝙ poteſt
ſe flectere ad vtrāqꝫ partē q̄d vo/
luntas dei nō poteſt·Dico/ꝙ h̄ non
arguit potētiam uel libertatē ma/
iorem ſed magis defectum·Nā me/
lior et felicior/potētior ⁊ liberior eſ
ſet homo/ſi nō poſſet flecti ad ma/
lum/ſicut ſūt beati in pr̄ia/Et ſi q̄/
ratur/q̄re deus ſic fecit voluntatē
nrām/ut flecti poſſit ad vtrāqꝫ ꝑtē
Dico/ꝙ ideo/ſcꝫ/ut homo mereat̄/
cōuertēs ſe ad bonū/q̄d poſſet fu/
gere/et auertēs ſe a malo/q̄d poſſꝫ
eligere ⁊ acceptare/Sic beatꝰ vir
cōmēdat̄ ecā xxxiº Ubi dr̄. Qui
potuit trāſgredi/et nō ē trāſgreſſꝰ/
et facere mala et nō fecit· Scdo
dico/ꝙ voluntas ē in homine tāq̄
rex ā dn̄s/auctoritate quadam do
minans et p̄cipiens ſenſib9 et mē/
bris exterioribus/tāq̄ ſibi ſubditꝭ
⁊ ſue dominationi ſubiectis·Ideo
voluntati obediunt Voluntas em̄
mouet oculos ad vidēdū/ os ad lo
quendum/ pedes ad āmbulādum/ et
ſic de alijs/Hanc poteſtatiuā auc/
toritatem voluntatis/ inſinuat ſe
neca ī quadam epiſtola dicēs·Va
lentior omni fortuna/eſt voluntas
Fertur igit̄ homo ſuis motib9 bo
nis uel mal̄/ßm̄ imperiū ſue volun
tatis · Tercio dico/ꝙ voluntas ē
cauſa propinqua bonorum et ma/
loꝝ in homine.i. virtutū ⁊ vicioꝝ
De virtutibus dicit ariſtotiles ijº
ethicorum/ꝙ virtus eſt habitus
electiuus/id eſt ex electione volun
taria ꝓcedens/De vicijs dr̄ ſeneca·
ōne pccm̄ ē actio volūtaria.i.ex vo
lūtate ꝓcedēs·Ideo volūtas/licꝫ
ex ſui origine ſit bona/ ꝗ a deo fcā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

et anime cõcreata/ tamẽ ab effec-
tu appellat᷑ bona uel mala. Et ſic
cõſequent᷑/ ipſa ſibi eſt cauſa ſalu
tis uel dampnatõis· Uerum eſt tã
men/ ꝙ in bonis q̄ agim9/ deus eſt
ꝑncipalis cauſa· Ipſe ē eñ qui opa
tur in nob/ et velle et ꝑficere ꝓ bo
na volũtate/ ſc᷑ᵐ apoſtolũ ad phil.
ijº/ Sz tamẽ volũtas nrã/ ē cauſa
ſecũdaria ī bonis nrĩs/ ſine q̄ homo
michil boni poteſt/ ⁊ ſine qua/ deus
nec iuſtificat hoīez ī via/ nec btĩfi
cat in pria· In malis vero q̄ agim9/
de9 nec ē cauſa/ nec cõcauſa/ et nec
ꝑncipal᷑/ nec ſecundaria· Niſi forte/
īproprie dicat᷑ cã ſecũdaria malo/
rũ/ q᷑ ꝑmittit ea fieri/ De h̄ aũt/ ꝙ
volũtas nrã ſit cã bonoꝝ uł maloꝝ
nrõꝝ dᵗ. auguſtinus ī liº de libero
arbitrio/ Hoc eťna īcõmutabili ſta
bilitate firmauit/ ut in voluntate
meritũ ſit In boĩtate ā malicia/ ꝑ
mĩũ atq̃ ſupliciũ/ Et ſeneca in q̄-
dam epiſtola dᵗ Volũtas/ ī vtraq̃
partẽ res ſuas ducit/ btẽq̃ ac mi-
ſere vite/ ſibi cauſa eſt· ¶ Quarto
dico/ ꝙ volũtas nrã mediat int᷑ deũ
et dyabolũ/ Deus .n. trahit/ monet
et mouet voluntatẽ/ ex vna parte.
ut ſibi cõſentiat Dyabol9 vero ex
altera parte ut ſibi cõſentiat· Vo-
lũtas aũt nrã/ libere ſtat in medio/
habens merã libtatẽ ad hunc uł
ad illũ ſe cõuertere· hunc uł illum
ſequi/ huic uel illi obedire/ Deus
ex vna parte ꝓmittit grãm ⁊ glo
riã Dyabolus ꝓponit carnalia et
tꝑalia/ Deus vtit᷑ veritate ut ſal
uet/ Dyabolus mendacio ut decipi
at Deus dic᷑/ prebe fili mi coꝛ tuũ
michi/ ut dr̃ ꝓũ .xxiijº./ Dyabolus
vero ſingularit᷑ in hoĩe querit coꝛ.
¶ Exᵐ·/ Vñ cuidam q̄renti a dya
bolo/ q̄d magis amaret ī hoīe Reſ
põdit hunc verſũ Solis amo rotã/
mediã lunam/ canis iram. Vbi per
mediã lunã deſignauit litteram .c.
per rotã ſolis .o. et p irã canis .r.
q᷑ lrã .r. quodammõ ſic exꝑmitur
ſicut canes ſonant qñ iraſcuntur.
et tamẽ nõ latrãt/ Igitur dyabol9
per mediam lunam rotã ſolis ⁊ ca
nis iram deſignauit hanc dictionẽ
coꝛ/ cuius rem ſignificatã amabat
/ Igitur vtq̃/ id eſt tã deus/ q̄ dya
bolus/ trahit voluntatẽ· Sz deus
ad virtutes/ ⁊ per eas ad gloriam
Dyabolus autem ad peccata/ et p
ea ad gehennam/ Nullus tamẽ eo
rum voluntatẽ cogit. Deus enim
non cogit ad bonũ/ quia non vult
coacta ſeruicia/ nec p ea poteſt ho-
mo mereri Et licet q̄dam dicantur
compelli/ ut intrent ut dicitur/ luce
xiiijº Hoc ſic intelligendum eſt/ ꝙ
quidam per aduerſitates/ quas in-
uite patiuntur/ ad deum ſe conuer
tunt Et licet illa paſſio aduerſita
tum non fuerit eis voluntaria/ ta
men conuerſio ad deum procedit
ex voluntate/ Item dyabolus non
cogit ad malum/ quia hoc deus nõ
permitteret/ nec homo ſic peccaret.
/ Videat igitur homo/ cui per ſuam
liberam voluntatem obtemperet.
aut obediat/ ſcilicet· Vtrum deo ad
ſalutem/ aut dyabolo ad dampna-
tionem. ¶ Quinto dico/ ꝙ volun-
tas nrã qñ deo ſubicitur/ voluntas
dei dici poteſt/ non ꝙ ſit in deo ſed

quia a deo regitur ei conformatur/
et ad eum perducit/ Sed quando de
o non ſubicitur/ tunc poteſt dici vo
luntas diaboli/ Sed cōmuniter tūc
vocatᶠ voluntas propria/ quia ho/
mo cōtra voluntatem dei/ vtitur ſu
a voluntate/ quam ſtatim dyabo/
lus alienatā videns a deo/ ad ſe tra
hit/ et illaqueat/ ac induat/ De hoc
dicit auguſtinus in libro confeſſ.
Suſpirabam ligatus nō ferro ali
eno/ ſed mea ferrea voluntate· Vel/
le meum tenebat inimicus/ et inde
funes michi fecerat/ Iſtos laqos
apoſtolꝰ pre oculis habebat quan
do dicebat ijᵃ ad thimot. ijᵒ/ Re/
ſipiſcant a laqueis diaboli a q̊ cap
tiui tenentur ad ipſius voluntatē·
De hac volūtate ꝓpa dᶠ bnardꝰ
ſic Voluntatē dico propriam/ que
non eſt cōmunis cum deo et homi/
nibus/ ſed noſtra tantum/ quando
quod volumus/ non ad honorem
dei/ non ad utilitatem fratrum
ſed propter nos facimus/ non in/
tendentes placere deo/ ⁊ ꝓdeſſe fra
tribus/ et ſatiſfacere ꝓpis motibus
Huic contraria eſt recta fronte ca
ritas/ que criſtus eſt· Hec enim ad
uerſus eum inimicicias exercens
eſt/ ⁊ guerram crudeliſſimā Quid
eñ odit deus ā quid punit/ niſi pro
priam voluntatem · Ne ſi volunta
tis ceſſet propria voluntas/ infer/
nus non erit In quem enim ignis
ille deſeuiet/ niſi in propriam volū
tatē· Hec bernardus/ Itē idem/ pro
pria voluntas/ q̄ntum in ipſa eſt/ de
um perimit Omnino eñ vellet deū/
aut peccata ſua vindicare non poſ

ſe/ aut nolle/ aut ea neſcire Vult ḡ
eum non eſſe deū/ q̄ quantū in ipſa
eſt/ Vult eū ā impotentem/ aut in
iuſtum eſſe/ aut inſipientē Crude/
lis plane et omnino execrāda ma
licia/ que dei potētiam/ ſapientiam
et iuſticiam perire deſiderat/ Itē i/
dem/ Grande malum propria volū
tas/ qua fit ut bona tua bona non
ſint/ Itē idem/ Propria voluntas/ de
um impugnat/ et aduerſus eum
extollitur· Ipſa eſt que paradiſum
ſpoliat/ et infernum ditat/ et ditio
ni dyaboli ſbiugat/ Qr autē p pro
priam voluntatē dyabolus homi/
nem decipiat et ad malum finem de
ducat patet per exemplum quod ce
ſarius narrat · Expᵐ · Ait enim·
qꝫ ī domo campenſi ciſtercienſis or
dinis/ conuerſus quidam a mona/
chis litteras didicit/ Huiuſmodi aūt
occaſiōe libellos occulte ſibi ꝯſc̄bi
fecit· cepitqꝫ ī vicio ꝓpetate delcāri
Cūqꝫ huiuſmodi ſtudiū eidē ꝯūſo
ꝓhiberetur/ amore diſcēdi apoſto
tauit/ modicum tñ ꝓpt etatē ꝓfecit
Deiñ/ ad monaſteriū pma ductꝰ re
diēs/ ⁊ h̄ vſqꝫ iiiᵒ actitās· nc ad ſco
las ſclares exeūdo nc redeūdo/ dia
bolo ī ſe copioſam p̄buit materiā
decipiēdi· viſiblit eñ ei apparēs in
ſpē āgeli ait· Diſce fortit qꝛ futurꝰ
ē et a deo diffitū/ ut albſtadeñ. fias
epūs./ Stultꝰ ille dolos dyaboli ñ
obſuās/ ſpeābat ī ſe ātiq̄ fore reno
uāda miracla· Quid plūa· die q̄dā
ſeductor ille ꝯūſo ſe ingerēs/ clara
voce ⁊ hilari vultu dicebat Hodie
epūs albſtadeñ mortuꝰ eſt· feſtina
veire ad ciuitatē/ cui a deo deſtiatꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ēē fieri epūs Ipi9 eīn ꝯsiliū muta
ri nō pt̄ / Stati miſer de moāſterio
exiēs nocte eadē iux̄ oppidū xāctē ſe
ī domo cuiuſdā ſacdot̄ honeſti hoſ
pitat9 eſt Vt aūt gl̄oſe ad ſedē ſuā
veīret / añ lucē ſurgēs equū hoſpite
valde bonū ſtrauit cappā eiuſ dē īdu
it ⁊ abījt Mane familia dom9 dāp
no ꝯgito / apoſtatā īſeqns apphen/
dt / a q̄ ad iudiciū ſcl̄are tct9 et per
ſmāz dāpnat9 / ñ cathedrā ut epūs
ſ; ſic fur patibulū aſcēdt· Sexto
ꝑncipalr̄ dico ꝙ volūtas nrā ſiue bo
na ſiue mala ſit / ꝓ ope r̄putat / ſi fa
cultas deſit Et capit h volūtas / ꝓ
volitōe q̄ ē act9 volūtate ad ir̄ · Vñ
aug9 ſup pſaliſtā dt Quidqd vis
⁊ ñ potes / fcūm de9 ꝯputat Et iero
ad demetadē dict· Apud deū / cui nō
ſūt oīa ātēq̄ fiāt· Volūtas pfcā fa
ciēdi ꝓ ope r̄putat / De bona volū
tate dict bnar. / Sola volūtas bo/
na īdōu ſufficit· cetera ñ ꝓſūt ſi ſo
la defūit Et greg9 dict Añ dei ocu
los / nūq̄ ē man9 vacua a munere / ſi
archa cord̄ plena ē bona volūtate
Nichil eī deo diti9 offert bō voluta
te / De mala volūtate dt aug9· So
la volūtate miſer qñz efficit· ſ; mi
ſerioꝛ cū deſideriū male volūtate ī/
plet· Qui ḡ pt̄ bñ / velit / ne poſtea
velit et ñ poſſit Vñ aug9 Cū vult
ñ poteſt / q̄ qñ potuit noluit· Ideo p
malū velle pdidt bonū poſſe / Exm
De bona volūtate q̄ ſalubris ſit v
bi facultas ñ adē / pʒ per hoc exēm
Monach9 qdā ciſtercien̄ ordinis a
poſtatat / ⁊ eccl̄iaz prochialē regē/
dā ſuſcepit / et ex cōcubina ſecū ma
nēte genuit filios et filias / Po9 lō/
gū tēpus accidit / ut beat9 bnard9
hoſpitādi grā ad domū eius diuer/
teret· Quē ille cognoſcēs / reuerēt
ſuſcepit / nec tñ fuit agitus a viro
ſcō Mane aūt fcō / cū idē ſacdos iſ/
ſet ad eccl̄iaz / ⁊ ſanct9 vir recedere
vellet / dixit filio ipi9 ſacerdot· vade
et dic dño tuo hec verba / ignorās ꝙ
puer mut9 eſſz a natiuitate· Qui
ad patrē currēs dixit clare et expſ
ſe / qd ſibi cōmiſſum erat Pater ꝑ/
mā vocē filij audiēs / et pre gaudio
lacmās / ⁊ cōpūctus / feſtinant veīt
ad virū dei / et pedib9 ei9 ꝓſtratus
retulit totā ſeriē vite ſue / dicens
ſe fuiſſe monachū / et petēs ut eum
ſecū ad monaſteriū ducēt· Cui vir
ſanct9 dixit Expecta me donec pac
to negocio reuſus fueō Et ille dix
it Domine / timeo īterū moꝛi Rñdt
vir dei Pro certo ſcias / ꝙ ſi in cōtri
tione / et tali ꝓpoſito moꝛtuus fue/
ris / coram deo monachus inuenie/
ris Receſſit vir dei et redijt / et moꝛ
tuum et ſepultum īuenit· Qui ſe/
pulcrum aperiri fecit / et quē in ha/
bitu clericali ſepilierant / in tonſu/
ra et habitu monachali cūctis qui
aderant admirātib9 repperit Mag
nificatus fuit igitur deus ab omni
qui volūtatem pro facto ſuſceperat
Exemplum· De voluntate
mala / q̄ ſit periculoſa / patet ex hoc
exemplo / Legitur enim / ꝙ in q̄dam
monaſterio monialium / abbatiſſa
habuit / et nutriuit neptem ſuam /
que in amoꝛe cuiuſdam iuuenis ex
arſit / et conſenſit in actum carna/
lem· Sed quia congruitatem tem
poris ⁊ loci non habuit / ipm pccm

opere ñ perpetrauit· Ipſa vero poſt
modum infirmata/ cum ab omni-
bus caſta et ſancta reputaretur· H
peccatum male uoluntatis non cõ
fitens obijt Et cum abbatiſſa cre
dens eam fore ſanctam coram deo.
poſt matutinas eam peteret/ ut ꝓ
ipſa intercederet/ per duos teterri/
mos dyabolos adducta/ dixit ſe ꝑ
petuo dampnatam/ propter malã
voluntatem quam confeſſa nõ fue/
rat· Nos igit̃ malam voluntatẽ ab/
icientes et fugientes/ bonum opꝰ
ſaltẽ in voluntate et propoſito habe
amus/· quatinus per ipſum in pre
ſenti mereri/ et in futuro premia-
ri poſſimus· Per ihm criſtum dñm
et ſaluatorẽ nrm viuentem ꝛ rgnã
tẽ in ſecula ſeculoꝝ A M E N·

Sermo viceſimus primus·

POſtq̃ dictũ ẽ de primo
pũcto ṗncipali/ viz q̃ ꝛ
q̃lis ſit voluntas nrã· Di
cẽdũ eſt nũc de 2º pũcto
principali· videlicet/ que et q̃lis ſit
voluntas dei. Pro quo notandũ
eſt/ ꝙ quatuoꝛ pñt conſiderari de
voluntate dei· Primũ ẽ/ ꝙ voluntas
dei eſt rectiſſima· Non em̃ habet ali
quid obliquitate vel curuitate ĩ ſe
Idcirco voluntas dei dr̃ bona/ bñpla
cẽs/ et pfecta iuxta illd apli ad rõ.
xijº Probete q̃ ſit voluntas dei bona
bñplacẽs et pfecta· Primo igitur
dicit̃ bona/ quia non continet in ſe
quidq̃ malicie vel iniquitate Unde
voluntas dei nõ eſt aliud in deo q̃ de
us ipe/ q̃ ſũme bonus ẽ/ et ſũmũ bo
nũ dr̃/ in tãtũ/ ꝙ in cõꝑatione ipiꝰ
nullus dicit̃ bonus Jõ· Mr. xº dr̃
Nemo bonus niſi ſolus deꝰ/ .i. ne/
mo ẽ ſũme bonꝰ ñ ſolꝰ deꝰ· Ipe nã
qꝛ ſolꝰ tenet ſũmũ gradũ bonitatẽ
Vel· nemo bonus eſt/ niſi deus ſcꝫ
per ſe et eſſentialiter/ vel ſic· nemo
dicit̃ bonus niſi deus/ qꝛ nemo niſi
deus ſuam bonitatẽ omnibꝫ creatu
ris cõmunicat· Nulla em̃ creatura
eſt que non habeat aliquid bonita
tis a deo· Itẽ voluntas dei ẽ bñpla
cẽs/ ſaltẽ bonis/ qui ſe cõformãt ei/
cognoſcentes ꝙ vtile/ delectabile.
et honeſtum ſit ei conformari et ſb
ici· Et ſi non placet malis/ hoc ex
vicio ipſorum contingit/· propter
quod deſpiciunt bona/ ꝛ eligũt ma
la· Idcirco ex hoc apparet bonitas
voluntatis diuine/ ſcilicet ꝙ malis
diſplicet· Dicit enim ſeneca Mal
diſplicere. laudari ẽ./ Verũptamẽ
licet voluntas dei diſpliceat malis
quantum ad eorum malam volun
tatem/ et coꝛruptam affectionẽ/ nõ
tamẽ diſplicet eis/ quantum ad e
orum conſcientiã et dictamen recte
rõnis· Itẽ voluntas dei eſt pfcã·
qꝛ nichil ei deeſt Nec ipã pt̃ auge/
ri vel minui/ nec poteſt melioꝛ aut
pfectioꝛ eſſe vel fieri/ ſicut em̃ dei p
fecta ſũt opera ut dr̃ deutro· xxxijº
Sic eius voluntas que opa pfecta
facit et operat̃/ pfecta dicenda eſt.
Cum igitur voluntas dei ſit rectiſſi
ma Eligamus eam ꝓ regula vite
noſtre/ ut ſcꝫ eam totam voluntatẽ
nrãz/ ĩmmo totã uitã nrãm regu/
lemus Sicut mechanici et operarij
habẽt regulã rectã ſine curuitate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

oBliquitate/tortuoſitate/aut ineq̃
litate/quam aliȷs rebꝫ applicãt/et
quidq̃d oBliq̃tate uel deformitate
in eis deprehendũt/ꝑ illã regulã
rectificãt Vnde ſeneca in quadam
epl̃a dicit· Vnam ſemel ad quã vi
uas regulam pretẽde/et ad hãc õ/
nem vitam tuã exequare. Scd̃m
hãc regulã volũtate dei/pñt omnes
ſtatus hoĩnũ emendari/et bene diſ
poni/et regi/ſiue tales hoĩes ſint
boni ſiue mali/viri uel mulieres/re
ligioſi uel ſeclares/diuites uel pau
peres/ſani uel infirmi ſenes uel iu
uenes ſapientes uel ſimplices/ſu
periores uel inferiores· Secũdũ
principale/quod conſiderari poteſt
in voluntate dei eſt/ ꝙ ipſa eſt potẽ
tiſſima/quia deꝰ ſua volũtate cũc
ta fecit et creauit· De h̃ pſalmiſta
dicit Deꝰ aũt nr̃ in celo/oĩa q̃cũqꝫ
voluit fecit Itẽ Oĩa q̃cũqꝫ voluit
dñs fecit/in celo ꝛ in terra Et ea
dẽ volũtate deꝰ creaturas ordinatᷣ/
et ĩ quaſcũqꝫ voluit formas ꝓdux
it/et cõſtituit· Vt ſi q̃ratᷣ ab eo/q̃re
hãc creaturam feciſti hoĩez/et illã
beſtiã/ talem ã talem Ipſe poteſt
reſpõdere Sic volo/ſic iubeo/ ſit ꝓ
rõne volũtas Simil̃r pt̃ reſpõdere
ſi queratᷣ/quare nõ prius creauit
mũdum et alia que fecit Itẽ eadẽ
volũtate omnia cõſeruat in eẽ Nã
niſi creaturas ĩ eẽ cõſeruaret/in ic
tu ocli oĩa in nichilum r̃digerẽtur
Ideo bñ dicitᷣ ſap̃.xiº Quomõ aũt
poſſꝫ aliq̃d ꝑmanere/niſi tu volu/
iſſes ã quod a te vocatum nõ eſſꝫ
cõſeruaretur Hec volũtas dei/ẽ tã
potens ꝙ nullus poteſt eam fran/
gere/vincere/aut ĩmutare/ ꝑmmo
nec poteſt ei quiſq̃ꝫ reſiſtere iuxta
illud heſter xiiiº· Domine in ditõe
tua cũcta ſũt poſita/nec eſt qui poſ
ſit tue reſiſtere volũtati Et ſi dica
tur ꝙ beatꝰ ſtephanus dixerit iu/
deis/ Vos ſẽp ſpiritui ſcõ reſtitiſtis
act̃.viiº Poteſt dici ꝙ hoc non in/
telligatur de his que deus efficaci
ter vult/ſed r̃ferẗ ad ea q̃ deo pla
cẽt/et tñ in nrõ arbitrio ſũt poſita
Talir̃ pt̃ dici ꝛ magis ad ꝓpoſitum·
ꝙ dictũ beati ſtephani nõ intelligi
tur de volũtate dei/ q̃ vult nos bñ
opari/et ſaluos fieri Cũ igiẗ volũ
tas dei ſit potẽtiſſima/ humiliem̃ ſb
ea cũ timore et reuerẽtia nec r̃pug
nemus ei/ne indignationẽ eius in
curramus/et ſic dampnari merea/
mur/ qꝛ qui reſiſtũt ipſi/ ſibi dãp
nationẽ acquirũt ut dicitur ad rõ.
xiiiº· Terciũ principale quod cõ/
ſiderari poteſt ĩ voluntate dei ẽ/ ꝙ
ipſa eſt clementiſſima uel miſeri/
cordiſſima ſcilicet in remittẽdo ma
lum· nam patienter ſuſtinet pec/
catores/nec ſtatim vlciſcitur/ꝑm/
mo multꝭ et diuerſis modis eos t̃/
hit ad penitẽtiã Et quacũqꝫ hora
ſe pfecte cõuterit/et pñiam egerit
ipſos recipit· Eſt ergo voluntas
dei/ ſemp parata recipere/et remit/
tere/ſi volũtas nrã ſit parata peni
tere De h̃ dicit augꝰ in libro de cõ
flictu vicioꝝ ꝛ ṽtutũ Quecũꝫ ne
ceſſitas cogat pctõrẽ ad penitẽtiã.
nec crimĩs quãtitas/nec vite enor
mitas/nec tẽporis bñitas/nec hore
extr̃mitas/excludit pctõrẽ a venia/ſi
plena fuit volũtatis mutatio Hec

ē volūtas dei/ de qua dr̄ eze. xviij°
Nūquid voluntatis mee eſt mors
impij dicit dominꝰ/ et non ut ꝯuer
tat a vijs ſuis ⁊ viuat/ Seqꝛ· qꝛ
nolo mortē peccātis vel morientē/ ſed
ut ꝯuertat et viuat. Simile fere
dr̄ eze xxxiij° Cū igit volūtas dei
ſit miſericordiſſiā/ et nos miſeri pec
catores ſubiciamur ei/ ut nūc peccā
nr̄a nob remittāt/ ne ſi forte ipā z
cōtēpſerimꝰ/ irā dei tāto grauiꝰ ſenti
amꝰ poſtea puniētē/ q̄nto benignā
volūtatē eius in p̄nti ſentimꝰ pati
entē et nob parcētē Jō ad rō. ij° di
cit Ignoras/ qm̄ benignitas dei ad
penitētiā te adducit/ id eſt trahit
vel vocat· Seqꝛ· Secūdū duriciam
aūt tuā/ et cor īpenitēs/ theſauriſas
tibi irā ī die ire/ et reuelatōis iuſti
iudicij dei/ Quartū p̄ncipale/ quod
cōſiderari poteſt in volūtate dei/ eſt
ꝙ ipſa eſt largiſſiā ſeu liberaliſſi
ma ī dādo/ Dat eñ ut vulgarit lo
q̄r/ vtꝫ manu/ habēs plenas ma
nus ad nos extenſas et porrectas.
Dat eciā gratis et non īproperat.
Sed quid dat/ vtꝫ gratiam in p̄
ſenti/ et gloriam in futuro/ De grā
dicit ps̄. Dn̄e ī voluntate tua p̄ſti
tiſti decori meo virtutem/ Decor iſ
te conſiſtit in gratia dei/ per quam
homo bene opatur/ et intus ornat
De gloria dicit ps̄. in pſona btōꝝ
Domine ut ſcuto bone voluntatis
tue. coronaſti nos/· ac ſi dicāt beati
Dn̄e tu coronaſti nos/ ex bonitate
tua eterna glīa/ que eſt nob tāq̄
ſcutū rotūdum et ſine termino/ De
huiuſmodi volūtate dei q̄ ad glīaz
btōꝝ/ dixit ſaluator nr̄ pꝰ vltimā ce
nam Pr̄ q̄s dediſti michi/ volo ut v
bi ego ſū/ et illi ſint mecū ut videāt
claritatē meā Jo. xvij° Qd vtiz
nō ſolū dixit de illis q̄ tūc p̄ntialit
aderāt/ ſꝫ eciā de oībꝫ futuris ſibi p
electōnē p̄deſtinatōis datē/ Cū igit
volūtas dei largiſſiā nc̄ hēat manū
porrectā ad dandū/ accedamꝰ ad eā
fiducialr̄/ petētes quatinꝰ ab ipā r
cipere mereamꝰ larga dona/ nobis
exhibita ī p̄nti quo ad dona grati
e/ et quo ad dona glorie in futuro.
Nichil eñ habemus de gratia dei.
ut habebimus de glīa/ niſi p volūta
tē eius largiſluam Jdeo metriſta
dicit Quidq̄d habes meriti preuē
trix gratia donat· Nil deus ī nobis
preter ſua dona coronat · Petamꝰ
igit nūc qn̄ recipe poterimꝰ/ ne for
te poſtea neceſſitate cōpulſi petaꝰ
et recipere non mereamur/ Sicut ꝯ
tigit quinqꝫ virginibus/ que tarde
venientes et dicētes dn̄e/ dn̄e/ aperi
nobis/ audierūt a domino Amē di
co vobis neſcio vos Mt. xxv° vel·
ſicut cōntigit diuiti/ qui poſitus in
tormentis guttam aque petijt et n̄
accepit· Luce xvi°· Ergo/ conclu
dendo dico/ ꝙ quia voluntas dei eſt
rectiſſima/ debemus ei diligenter
conformari· Et qꝛ eſt potētiſſima.
debemꝰ ei reuerēter ſubici· Et quia
ē clemētiſſima/ debemꝰ ī eā confidē
r ſperare· Et qꝛ ē largiſſiā debemꝰ
ei humilr̄ ſupplicare/ ut igit volūta
tē nr̄ām deus faciat in omnibꝫ que
ſaltem noſtram concernūt/ ſubmit
tamus eam diuine volūtati. q̄tidie
corde et ope plus q̄ ore petētes/ et
dicentes Fiat voluntas tua· Q̄ṝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ſalubre vero et vtile ſit homini vo
lũtati diuine acquieſcere et ei per
veram obediẽtiam ſe ſubmittere:
et ꝙ͂ perniciosum ſit ei repugnare.
poſſꝫ ꝑ multa exēpla tã veteris ꝙ͂ no
ui teſtamenti ꝓbari / E quibꝰ pau
ca ſũt tãgenda · ¶ Exēm̄ · ¶ Primo ꝙ
in tota ſerie veteris teſtamẽti / dig
num eſt ſingulariter pre oculꝭ ha
bere obedẽtiã abrahe / q̄ dn̄o ꝑcipiẽ
ti ſtatim obediuit · Nã qñ dn̄s dixit
ei Egredere de t̃ra tua et de ɔgnatõe
tua / ⁊ de domo prĩs tui et veni ĩ ter
rã quã mõſtrauero t̄ / egreſſꝰ fuit ſi
cut ꝑceperat ei dn̄s ut dr̄ gen̄. xij°
¶ Itē qñ dominꝰ ꝑcepit ei ꝙ carnem
ꝑpucij ſui et ſuorũ vernaculorũ ac
empticiorũ circũcideret / ſtatim ĩ ipſo
die fecit / quod ꝑceperat dn̄s ut dr̄
gen̄ xvij° ¶ Itē quando dn̄s precepit
ei · ut filiũ ſuum dilectum yſaac of
ferret ĩ holocauſtum / ſtatim de noc
te conſurgens perrexit ad locũ quē
dominꝰ ſibi monſtrauerat ut iuſſi
onē dn̄i perficeret ut dr̄ gen̄. xxij°
Idcirco bn̄dictionem oim̄ gentium
in ſuo ſemine promeruit · ¶ Exēm̄
Quo contra ſaul rex iſrahel cũ ac
cepiſſꝫ preceptũ a dn̄o ut percuteret
amalech / et oĩa q̄ ipſius erãt demo
liret̄ / et ipſe hoc preceptũ trãſgre /
diretur / reprobatꝰ fuit a dn̄o · Et
cum increparetur a ſamuele ꝓphe
ta / dixit ſe melioribꝰ gregibꝰ ouiũ
et armentorũ pepercisse / ut ĩmola
rẽtur deo · Reſpõdit ei ſamuel · Nũ
qd vult dn̄s victimas ⁊ holocauſ
ta / et nõ potius ut obediat̄ voci do
mini Melior ē eni̅ obediẽtia ꝙ͂ vic
time et aſſcultare magis ꝙ͂ offer

re adipē arietũ · Qm̄ q̄ſi pccm̄ ario
landi eſt repugnare / et quaſi ſce /
lꝰ ydolatre / nolle acq̄eſcere · Et ſub
dit̄ · Pro eo ꝙ abieciſti ſermonē do
mini abiecit te dn̄s ne ſis rex / i° re
gũ xv° / Et licet ſaul rex multa ma
la cõmiſerit / ꝓpt̄ que abiectus a do
mino / ꝑdidit regnũ iſrahel / et vitã
tã corporis ꝙ͂ aĩe / predcã tñ inobe /
diẽtia et trãſgreſſio volũtate diui
ne fuit ei cauſa õmiũ malorũ ſuorũ
¶ Exēm̄ · ¶ Nec mirũ ꝙ ſaul ĩobedi
ēs voci dn̄i ſic punitus fuerit / cũ de
dathan ⁊ abyrõ ſcriptũ ſit / ꝙ voca
ti a moyſe famulo dei / et venire nolē
tes / rupta terra ſub pedibꝰ eorum
deſcẽderũt viuentes in ĩfernum / de
uorati a terra cum tabnaculis / et
omni ſubſtantia eorũ ut dr̄ / nume
rorũ xvi° · ¶ Ceterũ ſub tẽpore grẽ
ꝙ͂ multi obediẽtes ſaluati / ꝙ͂ mul
ti rebelles dãpnati legãtur / nõ eſ /
ſet facile queq͂ edicere · Vñ h̄ ſuffi
ciat pro pñti dicere ꝙ vocati ad per
fectiorem vitam et obedientes / mi
rabiliter profecerunt / et inobediē
tes horribiliter perierunt · ¶ Exēm̄
Legitur eni̅ in libello de ortu et de
curſu carthuſienſis ordinis / ꝙ q̄dã
ꝑſbiter celebrãs magũcie ĩ eccl̄ia
maiore / audiuit tẽpore cõmuniõis /
ſcꝫ poſt agnus dei vocē ſibi dicentē
Intra ad carthuſiẽſes / q͂ ab hodie
duobus annis trãſactis morieris.
Obedit̄ aũt ille citiꝰ / et qd ꝑdictũ
fuit / euenit certius · Dixit aũt tã ſcē
in ordĩe / ꝙ ex h̄ dicebat̄ bonus ludo
uicꝰ / ⁊ ſanitatē obtinuit cruris qd
pꝰ debile habuerat · ¶ Exēm̄ · ¶ Inſu
ꝑ ĩ legẽda ſacre vginis katherine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

de ſenis/Legitur/ꝙ ipſa morti ap/
propinquans/ꝛ videns iuxta ſe ſte
phanū de ſenis/qui fuit diſcipulꝰ
eius/dixͭ ei·Fili voluntas dei eſt.
et ex parte eius/tibi precipio ut ī
tres ordinem carthuſiēſem/Qui li
cet nunꝙ̄ ꝓpoſuerat dcūm ordinē
aut alium quemcumqꝫ intrare·tñ
obedire volens ꝑdicte virginis pre/
cepto/ꝑmmo veracis diuine volūta
ti/ſtatim poſt mortem eius dictum
ordinem intrauit Qui ſic ī eodē or
dine ꝓfecit/ut ī breui factꝰ fuerit
prior/et plurium domorum viſita
tor/et poſtea ꝑor carthuſie ac totiꝰ
ordinis rector·// Exͦᵐ /Quo gᵉ ceſa
rius in dyalogo ſcribit/ꝙ ī quadā
villa dioceſis colomēſis/fuit que
dam puella ſecularis et luxurioſa
Que quadam nocte in ſompnis ſe
raptam vidit ante tribunal criſti/
vbi infinitos ſcōs vidit in circuitu
Vidit eciam aīmas in mediū deduc
tas et quaſdam ad gloriā/et quaſ
dam ad infernū iudicari. Timens
igitͬ remordēte conſciētia/ſupplicit
manus ad iudicem tetēdit·Cui ille
miſertꝰ ait Quid me oras Da m̄
minimū digitū tuū/et ego dabo tibi
manꝰ meas·Sicqꝫ euigilās ad ſe
redijt Cūqꝫ viſū retuliſſꝫ cuidam
religioſe matrone Vitilla·miſera
emēda vitā tuā/ſatꝭ cōmonita es
Nō cū illa modico tēpore feciſſꝫ re
dijt ad vomitū/Poſt multas aūt infir
mitatͤ cū mortua eēt et ſuppoſito
linteamiē ſup ťrā poſita Vēs fere
canes ville/ſeuicē mordētes/añ do
mū ī q̄ funꝰ iacebat cōuēnrūt. De
inde domū intrātes/linteamē corpo
ri ſuppoſitū/dētibꝫ comminuerūt Sꝫ
cū a ruſticis vix eſſent expulſi/ſe
pulto cadauere iterū cōuenerūt/et
ſup ſepulcrū eius interrupta bella
r̄nouauerūt/Ex q̄ poterat cōiectu
rari ꝙ eiꝰ aīa fuerit canibꝫ īferna
libus ad deuorādum tradita/eo ꝙ
volūtati dei/et eius ammonitionibꝫ
nō acquieuit·// Nos igitͬ/alioꝝ ex
ēplis edocti/volūtati dei ſubiecti ſi
mus quatinus regnū celoꝝ/quod
īobedentibus eſt precluſū/et obedi
entibꝫ apertū/conſequi mereamur
Ipſo preſtāte qui eſt ſuper omnia
deꝰ bn̄dictꝰ in ſc̄ła·A M E N·

Sermo viceſimuſſecūdus/

Viſis duobꝫ pūctꝭ ꝑnci/
palibꝫ ꝓ declaratōe iſti
us petitōis Fiat volun
tas tua/etc̄·Vidēdū eſt
nūc de iijͦ·viꝫ q̄d deus velit a nobꝭ
fieri/Nam ſi debemus ꝑfecte volū/
tatem dei facere/neceſſe ē eam ag
noſcere non ſolum qualis ſit/ſed e
ciam quid precipiat a nobis fieri·
ne ſimus reſpectu volūtatꝭ diuine
ſicut equus ꝛ mulus/quibus nō ē
intellectus·Ideo pſalmiſta dixit V
nam petij a domino et hāc reqrā ꝛc̄
Sequitur Vt videam volūtatē do
mini Et apłs ad ephеſios vͦ dicit·
Nolite fieri īprudētes/ſꝫ ītelligē/
tes q̄ ſit volūtas dei/Itē ad rō.xijͦ
dͭ Reformamini ī nouitate ſenſꝰ
vrī/ut ꝓbetꝭ q̄ ſit volūtas dei·Itē
ad coloc̄.iͦ dͭ·Nō ceſſamꝰ ꝓ vobꝭ
orātes ꝛpoſtulātes ut adimpleami
agitōe volūtatꝭ dei/Si igitͬ volumꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

clare cognoſcere/ ꝛ quaſi in quodã
ſpeculo videre voluntatem dei/ re-
curramus ad criſtum/ eius vitam
et doctrinam conſiderãdo· In q̃ luce/
clarius apparebit/ q̄d deꝰ velit a no
bis fieri/ Vñ cip̄anꝰ ī quadã ep̄la
dicit ſic· Voluntas dei eſt/ quã criſ
tus et fecit/ et docuit Ipſe nãqꝫ fe/
cit voluntatẽ patris/ ſicut ip̄e dixit
Non q̄ro voluntatem meã ſꝫ eius
qui miſit me Io. vº/ Item Deſcen
di de celo/ nõ ut faciã volũtatẽ me
am/ ſꝫ volũtatẽ eius qui miſit me.
Io. viº/ Itẽ añ paſſionẽ ſuã orãdo
p̄rẽm ſuũ dixit· Nõ mea volũtas ſꝫ
tua fiat· Luce xxijº/ Simile habetʳ
Mt. xxviº/ Et Mar. xiiijº/ Eciam
verbo docuit volũtatẽ dei/ qñ docuit
diſcipulos ut orãdo dicerẽt/ Fiat vo
lũtas tua Mt. viº· Sũt igitʳ ſep
tem cõſideranda/ que xp̄s vita et
vbo docuit/ Per que volũtas dei a
nobꝫ et ī nobꝫ ſit/ Et p que volũtas
nrã diuine volũtati cõformatʳ et ſb
icitʳ Primũ ẽ/ ꝙ deus vult ut peni
teamꝰ et a pcc̃is emundemur/ Pec
catores em̃ ſumus/ et in mltis offẽ/
dimus oẽs/ et ſic volũtatẽ eius pec
cãdo trãſgreſſi ſumus· Nam ipſe o/
dit pccã in tãtũ/ ut hominẽ quẽ ad
ẽmaginẽ ſuã nobiliſſime fecit/ ꝓpt̃
pccã dampnet/ et hereditati celeſti
ad quã poſſidendam conditus fuit
perpetuo priuet/ Nõ tñ deus inuite
quodammõ facere videtur· Ipſe nã
qꝫ per ezechielem dicit/ nolo mortẽ
morientis Ezechiel/ xviijº/ Vnde
deus ſaluat homines penitẽtes ꝓp
ter bonitatem ſuã/ et dãpnat pccõ/
res ꝓpt̃ maliciam ipſorum/ Igitur
cauſa ſalutis bonorum eſt in deo ꝛ
ex deo/ Sꝫ cauſa dãpnationis ma
lorum/ eſt in ipſis et ex ipſis/ Hu
iuſmodi volũtatem penitẽdi/ xp̄s v
bo et vita docuit/ Verbo docuit/ qñ
exhortãdo dixit Penitentiam agi/
te/ appropinquabit enim regnum
celorum Mt. iiijº/ Ecce ꝙ xp̄s nõ
ſolum penitẽtiam docuit/ ſꝫ eciam
penitentibus regnũ celorum ꝓmi/
ſit/ Itẽ comminando et t̃rendo dixit
Si penitentiam non egeritis oẽs pe
ribitis Lu. xiijº/ Promiſit igitʳ reg
num penitentibus/ quatinus vis
cõcupiſcibilis alliceretʳ ãplecti pe
nitentiam· Comminabatur pditionem
nõ penitentibus/ quatinꝰ vis iraſ
cibilis non penitẽtiã ſed pccã abhor
reret/ Itẽ docuit hãc volũtatẽ vi/
ta et cõuerſatõe/ nã ip̄e q̃ nullũ pec
catũ cõmiſerat nec ad aliquã peni
tentiam fuit aſtrictus/ agere peni
tẽtiam pro pcc̃is nr̃is voluit Et q̃
pro ſe nõ indiguit/ pro nobꝫ ſatiſfe
cit/ exſoluens q̃ nõ rapuerat Et ī
hoc fecit ſicut prudẽs et fidelis me
dicus/ qui medicinam quã īfirmꝰ
abhorret accipere videntẽ infirmo
preguſtat/ et poſtea dat eam infir
mo· Quod vtiqꝫ medicus/ nõ prop
ter ſe facit/ cum ſit ſanus et ea nõ
indigeat/ ſed propter infirmũ ut
eam ſumere non timeat/ Satiſfe-
cit igitʳ xp̄s pro nobꝫ/ duplci de cã.
Primo ſcz/ qꝛ nos digne ſatiſfacere
ñ poteramꝰ· Secũdo ut nos ad ali
q̃lẽ ſatiſfactõez prouocaret et aĩa
ret/ De hac pᵃ voluntate dei dr̃ iª
ad teſſ. iiijº Hec ẽ volũtas dei ſã
ficatõ vrã .i. mũdatõ ut abſtineatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

vos a fornicatōe ut ſciat vnuſquiſq₃
veſtrū vas ſuū poſſidere in ſanctifi/
catōe et honore/non in paſſiōe deſi
derij vbi per fornicatōez/non ſolū
peccatū carnale debet intelligi/ſed
generalr̄ omne peccatū ſaltē mor/
tale/ qz in quolibet tali/anima ſpi
ritalem committit fornicatōem/ſu
um ſponſum deſerendo/et dyabolo
per conſenſum adherendo/Et cum
dicitur vas ſuum poſſidere ꝛc̄ Hoc
poteſt intelligi de vaſe extrīſeco/qđ
eſt corpus Sicut primo regū xxi°
dr̄ fuerunt vaſa puerorum ſancta
Vel de vaſe intrīſeco/quod magis
congruit/quod eſt cor Juxta illud
gregorij ī omelia/vaſa autē noſtra
ſunt corda/in quibus ferimus om/
nia q̄ cogitamꝰ/Itē de hac volūta
te dei dr̄ ijª petri vltimo/Dominus
patiēter agit propter vos/nolēs a
liq̄s pire/ſed oēs ad penitētiā redi/
re ſupple volens/Cui cōſonat illud
ezechi. xviij°/Nūqđ volūtatis mee
ē mors ipij dicit dn̄s deus/ et nō ut
cōuertatur a vijs ſuis et viuat In
ſignū huius leproſo dicēti/Dn̄e ſi
vis potes me mūdare/Dominꝰ reſ
pōdit/Volo/mundare·Mathei viij°
Mar. i°/Et luce v°/Ac ſi dn̄s dix
iſſet Tu confiteris/me poſſe/et de
ſideras me velle Et ego dico tibi/
me non ſolū poſſe/ſed eciam velle
Et ideo/ut tā velle q̄ȝ poſſe oñdam·
mundare/Sicut igit̄ penitētes/et
ſe ut emēdētur preparātes/ac beni
uolos exhibētes volūtatē dei faci/
unt Sic per oppoſitū/illi qui per pe
nitētiā ſe emēdare nolūt/volūtati
dei repūgnāt/Sicut dn̄s de ihrlm

conqueritur p ꝓphetam dicēs·Jm
mūdicia tua execrabilis/qz mūda
re te volui et non es mūdata/a ſor
dibꝫ tuis eze. xxiiij°·/Ex°/Ve
aꝫ huiuſmodi pn̄ia/et conuerſio de
malo in bonū ſit de volūtate dei/pꝫ
per hoc exēplum/Ceſarius in ſuo
dyalogo/ſcribit/qꝫ quidam canoni/
cꝰ eccłie ſcī cuniberti colonieñ henri
cꝰ noīe/q̄dam die ſolꝰ eq̄tās·Vidit
qꝫ nubecula lucida/viam q̄ trāſiuit
trāſuolauit·voceq₃ clariſſimā de ip
ſa nube audiuit/Fiat volūtas tua
ſicut in celo et in terra/Erat q₃ vox
illa tāte dulcedinis/ut quotiens e
ius recordaretur fleret·Cūq₃ hanc
vocē non attēderet/nec vitam ſuā
emendaret/nocte q̄dam p viſum ſe
ſtare corā ymagine beate marie eā
q₃ ſalutare vidit Et illa dixit ei ut
quid me ſalutas? Homo perditus
es/et cito peribis/ſi te non emenda
ueris Ego enim et benedictus/in/
terceſſimus pro te Vnde apparet
qꝫ illa vox fuit btē marie/et beati
bn̄dicti/petētiū deum/ ut ſicut volū
tas eius fiat in ſcō/ ſic et in illo pec
catore/Ipſe vero ad cor rediēs/ fac
tꝰ fuit monachus ordinis ciſterciē
ſis in domo brigēſi/Scđm pn̄cipale
qđ deꝰ vult a nobis fieri eſt/ut ve
ritatē agnoſcamꝰ·Vult eīm deꝰ/ut
de tenebris erroris/conuertamus
nos ad lumen veritatis/Que ſcilicꝫ
veritas ꝯgnita q̄ȝ vtilis ſit/ pꝫ per
illud Johannis viij° Cognoſcetis ve
ritatem ꝛ veritas liberabit/id ē li
beros faciet vos Hec veritas eſt in
hoīe/tāq̄ȝ lumen anime creatum.p
cedens a veritate diuina/q̄ eſt lux

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

increata· Nam ſicut a luce ſolis / p
cedit lumen qđ aerē illuminās ad
nos ptingit / ſic veritas tā℥ lumē
illuminās animā / eſt anime infuſa
a veritate q̄ i deo eſt / ymmo verax
us / que deus eſt / Hec aūt cognitio
veritatis / merito ſequit᷑ mūdatio=
nem aīme p penitētiā / qꝛ aīa pur/
gata a ſordibus pccōꝝ / poteſt pu=
ro ſeu claro ītuitu videre ⁊ cognoſ
cere veritatē Vn̄ gregorius ī mora
libus dt / Quo vberius culpa flet᷑
eo altius veritatꝭ agnitio attingi/
tur / qꝛ ad videndū īternum lumē
polluta dudum cōſcientia / lacmis
baptiſata renouat᷑· Jō Mathei vº
bene dr̄· Beati mundo corde / qm̄ ip
ſi deum videbunt. Certū eſt autē.
ꝙ deus nō videtur niſi p cognitionē
veritatꝭ· Per oppoſitū vero / ſicut ho
mo non poteſt bene īmundis ocul̄
videre / ymmo iudicat res viſas ali
ter eſſe colloratas ꝙ̄ ſint / et ſic in
iudicio viſus decipitur· Sic revera /
in iudicio rationis / pctōꝛ frequent̄
decipitur et falſe iudicat / iudicādo
ſcilꝫ bonum fore malū / aut ecōuer
ſo / Quod contingit ex h / ꝙ iudicat
ꝓm̄ īmundiciā pccōꝝ ſuoꝝ· Nō enim
amaritudo eſt in cibo / quā īfirmus
iudicat eſſe ī cibo / ꝫ ē in lingua ſua
ſic eſt et in ꝓpoſito· Bene ergo di/
cit auguſtinꝰ ī libro de agone xp̄i=
ano / Errat quis / q̄ ſe veritatē ag=
noſcere putat / ſi adhuc / nequit᷑ vi
uit Vn̄ ſapientie pº dr̄· Jn animā
maliuolā nō ītroibit ſapiētia / nec
habitabit ī corpore ſubiecto pccīs.
Jſtud xᵐ velle xp̄s docuit verbo / et
vita / verbo docuit / dicēs. Ego in h

natus ſū et ad h veni ī mundū / ut
teſtimonium phibeam veritati Jo
xvmº / Vita docuit / qꝛ nō fuit īuen
tus in ore eius dolus / ut dicit᷑ 1ª pe
tri ijº / Et h ꝓphetatū fuit p yſaiā
ut dr̄ yſa. lmº / Jdcirco phariſei tēp
tāᵉ ipſū verū dixerūt / licet mala
intētione dicentes. Magiſter ſci=
mus qꝛ verax es / et viam dei in ve/
ritate doces Mᵗ xxijº Ecce / ꝙ ſal/
uatoꝛ nr̄ etiā ab inimicis ſuis teſ/
timoniū habuit de doctrina verita/
te. Qđ ſcilicet teſtimoniū validiſſi
mū eſt / Eſt igitur voluntas dei / ut
cognoſcamus veritatem / ne a via
veritatꝭ erremus· De hac volūtate
dei dicit᷑ pª ad thimot. ijº / Omnes
hoīes vult ſaluos fieri / et ad agni
tionē veritatꝭ venire· Jn ſignū hu
ius cū dn̄s diceret ceco. Quid tibi
vis faciā / et ille reſpōderet· dn̄e ut
videā· Dn̄s dixit illi: Reſpice· luce
xvmº / Ac ſi diceret dn̄s Tu vis vi
dere / et h ego volo· Jō dico tibi / reſ
pice Si ergo dn̄s voluit illū cecū.
corporalit᷑ videre viſibilia exteri=
ora / multomagis vult nos videre
ſpūalit᷑ intelligibilia / lumine veri
tatꝭ / Qui ergo veritatē agnoſcere
nolunt / ipſi volūtati diuine repug
nāt / refugiētes lumē / ⁊ tenebras
eligentes De quibus dicitur Job
xximº / Jpſi fuerūt rebelles lumini
De h ſatis pulcre dicitur Jo iijº.
Hoc eſt autē iudiciū / qꝛ lux venit
in mundum / ⁊ dilexerūt hoīes ma
gis tenebras ꝙ̄ lucē Erāt eīn eoꝝ
opera mala. / Omnis enim q̄ male
agit / odit lucē / et non venit ad lucē
ut non arguātur opera eius. Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

autē facit veritatē/ venit ad lucem
ut manifeſtentur opa eius/ quia ī
deo ſunt facta Hec ibi. ¶ Ex hῗs
concluditur/ ꝙ ōnes pagani/ iudei.
heretici/ et infideles/ q̊cūqꝫ nomine
cenſeantur/ repugnēt volūtati dei·
quia volūtarie excecati/ et erroris
tenebris inuoluti/ a lumine verita
tis ſunt alieni Et ideo deo placere
non poſſunt Per veritatē enim/ et
cognitionē veritatē/ homo placet
deo/ iuxta illud pſalmiſte Cōpla-
cui in veritate tua Itē Ecce enim
veritatē dilexiſti Et ſic qui verita
tem nō admittit ꝟ ↄtempnit/ aut
eā admiſſam excludit/ eiqꝫ repug
nat/ deo diſplicꝫ ⁊ execrabilis eſt/
qꝛ ſeq̄tur principē tenebrarꝫ/ ⁊ ma
giſtrū errorū/ id eſt dyabolū· de q̊
dicit̄ Io. viij°/ ꝙ in veritate nō ſte
tit/ et veritas in eo non eſt ·¶ Exm̄
¶ Sic fuit de Iuliano auguſto.
de q̊ legit̄/ ꝙ fuerit nepos cōſtan-
tini magni/ ex fratre/ ⁊ baptizatus/
ac poſtea in q̊dam monaſterio mo
nachus ꝓfeſſ9/ nō tñ intuitu ſalu
tis uel amore dei ſicut metu mortꝭ
Conſtantin9 enim predicti cōſtāti
ni filius/ frēm Iuliani occiderat/ ideo
timens/ et ipſe iulianus ab eodem
occidi/ monaſteriū ītrauit corpore.
non corde/ timore/ nō amore/ ſimula
tione non deuotione Deinde apoſ-
tatās/ et ad imperiū aſpirās/ que-
ſiuit magos/ ac demones cōſuluit.
quorꝫ fultus auxilio p̄mo ↄſulatū
rome/ deinde totū īperium obtinuit
Et ſic apoſtata a religione/ apoſ-
tatauit a fide/ et xpriſtianos pſeq̄-
batur/ et xpriſtum ore blaſphemo

conſueuit appellare galileū. Tan
dem vero ī bello pſico diuinitus p-
cuſſ9/ cū ſentiret ſe moriturū/ ma
nū ſuā ꝓprio cruore repleuit et ī ae
rē proiecit dicens/ viciſti galilee.
Viciſti/ ut in hyſtoria triptita legi
tur/ et ſic miſerabilit̄ expirauit. Et
cū a ſuis inſepultus relinq̄retur/ a
perſis fuit excoriatus/ ⁊ de corio e9
factum fuit regi pſarū ſubſtrato-
riū pedum Ecce qualiter a cogni-
tione veritatis/ cadens excecatus
fuit. ¶ Exm̄· ¶ Sic et de hereticis
multa reperiūt̄ exēpla. ¶ Fert̄ eñ
ꝙ dū q̄dam heretici ducerentur in
curru extra ciuitatē ut cōburerēt/
quidam clerici ſeq̄bantur/ quorum
vnus increpauit hereticū/ qui ī ex-
tremitate currus ſedebat/ cur ſic
excecatus eſſet ī ſuo errore ꝙ ſe cō
buri faceret/ Cui ille dixit. Si tu
videres quod ego video/ tu faceres
ut ego Et clericus/ q̄d inquit vides
Reſpōdit hereticus Aſcende currū
Qd cum feciſſet/ ſtatim clamauit.
vere iſti hoīes ſūt iuſti/ ⁊ ego credo
q̄d ipſi credūt/ Socij vero ipſius h̄
audiētes/ cōturbati traxerūt eum
de curru/ et pcutientes ↄculcauerūt
eum quouſqꝫ alij cum curru trāſi-
rent/ Qui ad ſe reuerſus dixit/ vere
dyabolus eſt ī curru illo· et niſi me
inde traxiſſetis/ ego feciſſem me cō
buri cum illis· ¶ Hec de ſcdo pncī-
pali/ q̄d de9 vult a nobis fieri. ¶ Et
ne ꝓlixitas ſmonis faſtidiū gene
neret De alijs videndū ē in ſmo-
nib9 ſequētibus· Adiuuāte illo de
cuius voluntate loq̄ geſtimus/ qui
eſt bn̄dictus in ſecula. Amen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

Sermo viceſimuſtercius

Terciū ꝑncipale qđ deꝰ
vult a nobis fieri ē/ut
ipſm diligamꝰ·put ipſe
q̄mlibꝫ nr̄m hortat᷑ di/
cēs/Prebe fili mi cor tuū michi pu̅
xxiiiº/id eſt cōuerte cor tuū ad dili
gēdū me·Qđ ꝙ vtile ſit/patet per
illđ qđ ſcribit᷑ ad rō. viiiº/Scimꝰ
q̄m diligētibꝫ deū oīa coopātur in
bonū Hec dilectio/merito ſeq̄t᷑ cog
nitōez·qꝛ nemo ꝓpe et in ſpāli dili
git qđ non cognoſcit Cognitio nā/
ꝗ rei diligibil᷑/ꝓuocat cor ad dili/
gēdū Vis em̄ rōnalis/ſuſcitat vim
cōcupiſcibilē/et ꝓuocat eam ad cō
plectēdum illud quod ipſa ratio iu
dicat eſſe diligibile//Iſtud terciū
velle/xp̄s docuit verbo et vita·Ver
bo docuit/dicens·diliges dominū de
ū tuū ex toto corde tuo Mt.xxiiº.
Et mar.xiiº·Vita docuit/nā ipſe de
ſeipō teſtimoniū ꝑhibuit dicēs Cog
noſcat mūdus qꝛ diligo prēz/et ſi
cut mādatū dedit m̄ pr̄ ſic facio·Io
xiiiº/Eſt igit᷑ volūtas dei/ut dili/
gamꝰ eū/de q̄ voluntate dn̄s dixit
Ignē veni mittere in terram/et qđ
volo niſi ut accendat·Luce xiiº//In
ſignum huiꝰ/dominus ſpiritū ſanc
tum/qui eſt amor increatus/et fōs
dilectionis noſtre miſit ī ſpecie ig/
nis/act̄ iiº·De hac dilectōe/poteſt
intelligi illud pſalmiſte·Vita in vo
lūtate·Vbi p vitā/intelligi poteſt
caritas·de qua Augꝰ ī libro de lau
de caritate dicit/Caritas ē vita mo
rientium/id eſt hominū mortalium
//Quantum autem placet deo ut di
ligatur ab homine/et ꝙ̄ fructuoſū
ſit homini/patet p pſalmiſtam/qui
dicit Cuſtodit dominus omnes di/
ligentes ſe Nec mirum/quia alibi
dicit Ego diligētes me diligo·pu̅.
viiiº/Quod exp̄ſſius ipſe dn̄s dixit
Qui diligit me/diliget᷑ a prē meo·
et ego diligam eum/et manifeſtabo
ei meipſum Io. xiiiº/Iſtud terciū
velle dei/perficit duo ſupradicta/qꝛ
dilectio dei purgat animam tanꝙ̄
ignis/et facit peccata remitti Luce
viiº/Remittunt᷑ ei peccata multa
q̄m dilexit multum; Et vniuerſa
delicta operit caritas/ut dicitur/pu̅
xº/et hoc quo ad primum velle ſu/
pradictum//Item/p dilectionem dei
intellectus illuminatur ut clarius
cognoſcat·Iuxta illud eccleſiaſti/
ci iiº/Qui timetis dominum diligi
te illum/ et illuminabuntur corda
veſtra·Vnde/ſpiritus ſanctus qui
caritas ē/et caritatē dei nobis īfū
dat/datus apoſtolꝫ docuit eos oēm
veritatem Et hoc quo ad 2ᵐ velle
dei/Qui ergo dilectionem dei nō ha
bet/voluntati dei repugnat·idcirco
incidit in mortem·ſicut prima io.iii
dicitur Qui non diligit/manet in
morte·Tales ſunt qui deum odiūt/
et quantum poſſunt malis operibꝫ
ipſum perſequuntur·Vnde ſi ille qui
frēm ſuum odit·homicida eſt/ut dr̄
iª io. iiiº/Abſqꝫ dubio/qui deum o/
dit/deicida poteſt appellari·Non eſt
ergo mirū ſi manet in morte/q̄ fac
tus eſt filius morte eterne//Qꝛ au
tem deus ſit ſumme diligibilis et ꝙ
velit ſe diligi/patet per hoc· //Exē
plum/· //Scribitur namqꝫ ī libro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

de apibus/ q̄ erat quedam puella
in brabantie partibus/ nobilis et
generoſa/ que in amorē cuiuſdam
iuuenis ꝑ multos annos miro de-
monū inſultu vexabatur Hec cum
frequenter multe lacrimis in cōfeſ-
ſione dyabolicas inſidias aperiret/
cōſiliū hoc accepit a ſuo cōfeſſore.
ut ſūmopere caueret/ ne verbo aut
nutu/ iuueni/ tēptatōis occaſionē
p̄beret/ Et ipſa diligenter huic ām
nitioni paruit. Cūqꝫ adeo ḡuit tēp-
taretur/ ut ſompnū/ cibiqꝫ perderet
appetitū/ accidit quadam nocte/ ut
tanto demonū agitaretur īpulſu.
q̄ ſupueniente aurora ſurgere co-
gitaret/ et clam adire iuuenē/ q̄ in
vicinio manebat proponeret. Sed
vbi ut ſurgeret oculos aperuit/ vi
dit xp̄m quaſi plagis recētib⁹ cru
ciſixū/ leni ſermone patria lingua
ſibi dicentē. Me diligas/ qui ſū for
moſus/ bonus dulcis et generoſus
Hec ut dixit repente diſparuit/ et
puellā ī ōni pace et gaudio et gra
tiarū actione ab ōni tēptatōne li-
berrimā reliq̄t. Hec eſt igit̄ dilectio/
qua de⁹ vult a nobis diligi/ q̄ eſt
forte ut mors/ ut dr̄ cant. vi°. ȳm-
mo fortior eſt q̄ mors/ qꝛ mortē vi
cit/ et ꝑ mortē inuicta trāſit. Et ſi
cōtingat hoīem propter eā ſeu per
eā mori/ tūc ipſe multo fortis triū
phat/ de morte trāſiens ad vitam
īmortalē/ ⁊ ꝑtingens ad beatificū
āplexū ſui dilecti. Ex^m. De h
in libro de apibus tale ponit̄ ex^m.
Contigit/ ut q̄dam canonic⁹ regu-
laris dictus Jo. polinus/ p̄dicaret
in monaſterio cātip̄tēſi canonicoꝝ
regulariū iuxta cameracū ſito/ p̄-
ſentibus multe beginis/ cū populo
in feſto beatorū philippi et iacobi
apl'oꝝ. Cūqꝫ illud verbū dominicū.
qui manet ī me et ego ī eo hic fert
fructū multū/ haberet ī manibus.
et illi crebris verſationibus diligē
ter inſiſteret/ virgo q̄dam anicula
feruētiſſima ſpū/ cepit p̄mo intra
ſe fremere/ pre nimio deuotiōis ar
dore/ et ōnibus mēbris ſuis cōcuti.
Sed cū ter aut quater rep̄meret̄
circūſedentiū pulſibus ſociarū/ tā-
dem p̄dictus religioſus īſeparabi-
lem vnionē anime btē cū deo/ com
mixture aque et vini/ comparauit
Quo audito/ ſpiritus dicte virgīs/
cor eius quaſi muſtū abſqꝫ ſpira-
culo lagūculā/ rūpere ſolet. cū ſan-
guinis effuſione et clamore diru-
pit Et ſic ipſa in conſpectu ōnium
expirauit. O q̄ felix aīa/ q̄ inmixta
ſup dilectū/ celeſtes nuptias ītroi
uit. Quartū p̄ncipale q̄d de⁹ vult
a nob' fieri/ ē/ ut bonū opemur. Et
merito ſequit̄ dilcōnē dei/ qꝛ dilec-
tio non vult eſſe ocioſa. Si em̄ oci
oſa eſſet/ dilectio non eſſ3/ iux̄ illd
dictum gregorij Amor opat̄ mag
na ſi eſt Si autem operari renuit
amor non eſt/ Ideo dn̄s dixit Si di
ligitis me/ mandata mea ſeruate.
qui hab3 mandata mea/ et ſeruat
ea/ ſcil3 operādo ꝑ ea/ ille eſt q̄ me
dilig̃ Jo. xiiii°/ In ſignū hui⁹/ di-
lectio appellatur ignis/ ſ^m grego-
riū. Nam ſicut ignis inter omnia
elementa eſt maxime actiu⁹. Sic
dilectio īter ōnes uirtutes/ ē max-
ime operatiua/ Nec alit̄ clare ꝓbat̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

niſi per opa / Ideo grego. dic͛ Pro
batio dilectioīs exhibitio eſt opis
Ideo ij͛ᵃ io. iiijᵒ Bene dicitur Non di
ligamus ꝟbo neq₃ lingua / ſʒ opere
et veritate · ¶ Iſtud quartū velle
xp̄s. docuit ꝟbo / et vita · verbo docu
it qn̄ dixit Operamini nō cibū qui
perit ſʒ qui pmanet in vitā eternā
Io. viᵒ ¶ Itē docuit ſatis in parabo
la de operarijs miſſis in vineam / ſcʒ
ad opandū Mᵗ xxᵒ · Vita vero do-
cuit / quia de ipſo dicit͛ act. iᵒ Cepᵗ
iheſus facere et docere ¶ Itē act. xᵒ
Pertrāſiit bn̄faciēdo Ideo ipſe con
fidēter dixit Opa que ego facio in
noīe pr̄is mei / Hec teſtimoniū per
hibēt de me Io. xᵒ Itē ibidē / Mul
ta opa bona oñdi vobis ex prē ¶ Vn̄
xp̄s ut bonum opare͛t / et nobis ex
emplū bn̄ operādi preberet / labo-
rauit freqūēter vſq₃ ad fatigatō-
nem / et tādē vſq₃ ad ſudorē ſangui
neū Et hoc tā feruēt͛ fecit ut dice
ret Meus cibꝫ eſt / ut faciā volūta
tē eius / q̄ miſit me / ut pficiā opꝰ
eius Io. iiijᵒ ¶ Et nōbilr̄ gpat iple
tionem pr̄ne volūtatē / cibo corpora
li Nā ſicut eſuriens appetit cibum
et delcātur ipſum comedere · ſic xp̄s
delectabatur cū deſiderio pficere vo
luntatē patris ſui Et ſic nos debe
remus feruēter ⁊ cū delcātione vo
lūtatē dei adimplere Et hoc eſt e-
ſurire et ſitire iuſticiam · ¶ Eſt igit͛
volūtas dei / ut bn̄ operemur ⁊ bonū
faciamus Vnde ijᵒ macha. primo
dicitur Det vobis cor oībus / ut co
latis eū / et faciatis eius voluntatē
Ad hoc ſaulus ſe prōptū exhibu-
it / quando ſtratus a domino in ter

ram dixit Domine q̄d me vis face
re act. ixᵒ De hoc eciam pē. dicit
In capite libri ſcriptū eſt de me ut
facerē voluntatem tuam / deus me
us volui In capite libri id eſt ī mē
te / que ſcḋm gregoriū caput eſt ani-
me · vel in capite libri id eſt in pn̄ci
pio pſalterij / Vbi de beato viro dr̄
In lege dn̄i voluntas eius · Ideo a
libi pē petijt dicēs Doce me facere
id eſt ope implere voluntatē tuam
Et merito pē petijt / et deſiderauit
facere voluntatē dei / quia dr̄ Mᵗ.
xijᵒ / Quicūq₃ fecerit volūtatē pr̄is
mei qui in celis eſt / ipſe meus fra-
ter / et ſoror / et mater ē / Itē Mᵗ vij ·
Non omnis qui dicit m̄ dn̄e dn̄e / in
trabit in regnū celorum / ſed qui fe
cerit voluntatē pr̄is mei qui in cel
eſt / ipſe intrabit in regnū celorum
¶ Bene ḡ dicit apl̄s ad romanos ijᵒ
Glr̄a / et honor / et pax / omni opanti
bonum Et hoc ideo / q₂ voluntatem
dei facit · ¶ Qui ergo nō vult bene
opari / voluntati dei reſiſtit et r̄pug
nat · Sicut quibuſdam dn̄s impro
perādo dixit Quid vocatis me dn̄e
et nō facitē que dico Lu. viᵒ · ¶ Ex
emplum de ſeruo pigro / qui de talē
to ſibi cōmiſſo noluit opari / ſed ip
ſū ſine lucro ad dn̄m reportauit.
Et ideo talēto ſibi cōmiſſo priuatꝰ
fuit / et in tenebras exteriores pro
iectus prout ſcribit͛ · Mᵗ. xxvᵒ / et
Luce xixᵒ / Vnde qui inutilis eſt / et
infructuoſus / contra cor ſuum loq̄
tur quando dicit / Fiat volūtas tua ·
quia vnū petit ore / et contrarium
ītēdit et exhibet opē Nec eſt mirū ·
ſi oratio eius fiat ī pc̄cm̄ʒ / Vex ē tn̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ꝙ aliquī bonum opant̄/ ꝫ nō bona
intētione/ quia non ꝓpt̄ deum/ ſed
ꝓpter laudē humanā/ Tales faci/
ūt bonum/ ſed non bene/ Nā bonū
ē/ ezurientē paſcere/ ſitientē potare/ et
huiuſmodi opa miſericordie īdigē
tibꝫ īpēdere/ Si tn̄ fiāt ꝓpter vanā
gloriam/ infructuoſa ſunt operanti.
et quod grauius eſt/ ipſa ſunt ſibi
dampnoſa et perpetuam dampna/
tionem ſibi pro mercede repēdentia
¶ Exm̄. ¶ De hoc ſcribit ceſarius
tale exemplum ¶ Fuit in bauaria q̄
dā ditiſſimus miniſterialis ducis
bauarie/ opibꝫ miſericordie mktū ī
tētus. Qui cū mortuus eſſet/ nocte
quadā caſtrū in quo vxor eius fu
it cōcuſſum eſt/ ac ſi terremotꝰ fu
iſſꝫ fc̄us Et ecce hoſtio camere in
qua ipā iacebat apto/ maritꝰ eꝰ de
functꝰ ingreſſus eſt/ q̊dam gygante
nigerrimo eū īpellente Quē cū de
ſtatu ſuo vxor eius īterrogaret tꝭſ
tis reſpondit Penis eternis depu
tatꝰ ſum ¶ Ad quod illa territa ait
Nonne elemoſinas magnas feciſti
Hoſtium vr̄m omnibꝫ peregrinis
patuit. Non profuit vob̄ iſta? ¶ Reſ
pondit ille/ Nichil m̄ profuit ad vi
tā eternam/ eo ꝙ ob vanam glori
ā/ et nō ex caritate a me fcā ſint.
Cūqꝫ de alijs eum interrogare vel/
let/ ait Conceſſum eſt michi appare
re tibi/ ſed non licet hic morari Ec
ce ductor meus dyabolꝰ foris ſtat
expectans me. Si omnia folia ar
borū verterentur in linguas/ tor/
mēta mea exprimere non poſſent
Statimqꝫ euocatꝰ et impulſus/ in
eius diſcuſſu/ ſicut prius caſtrum

fuit cōcuſſum/ et voces eiulatꝰ eiꝰ
lōge audiebant̄. Ecce/ ꝙ male fruc
tuoſa fuerūt opera bona/ ꝓpter ma
lam intētionem. ¶ Exm̄. ¶ De hoc
eciā beatus gregꝰ. ī libro dyalogi
tale narrat exēplū/ de fortunato e
piſcopo eccl̄ie tudertine. Vizꝫ/ ꝙ q̊dā
tēpore dictus ep̄s ex obſeſſo q̊dā
hoīe/ īmundum ſpm̄ excuſſit. Qui
malignꝰ ſp̄s cū veſperaſcēte iā die
ſecretā ab omnibꝫ cerneret horam/
peg̃nū ꝯmpiā eē ſe ſimulās/ circuire
cepit ciuitatis plateas et clamare
O virū ſanctū fortunatū ep̄m Ec
ce q̄d fecit/ peregnū hoīem de hoſpi
cio ſuo expulit Quero vbi req̄eſce
re debeā/ et in ciuitate eius non īue
nio. Tūc q̄dam in hoſpicio ſuo cum
vxore/ et paruulo filio ad prunas
ſedebat Qui vocē eius audiens/ et
q̄d ei epiſcopꝰ fecerit īquirēs. hūc
inuitauit hoſpicio/ ⁊ ſedere ſecū iuxͣ
prunas fecit Cumqꝫ viciſſim åqua
cōfabularēt. paruulū eius filiū iſ
dem malignus ſpiritus inuaſit/ at
qꝫ in eiſdem prunis proiecit/ ibiqꝫ
mox eius animam excuſſit. Qui or
batus filio miſer/ vel quē ip̄e ſuſce
perat/ vel quē ep̄s expuliſſꝫ agno
uit/ Et cū petrus de h̄ miraretur et
quereret/ gregꝰ. reſpondit Mul/
ta petre videntur bona ſed nō ſunt/
qꝛ bono animo non fiunt. Vnde et ī
euāgelio veritas dicit Si ocl̄s tu
us neq̄ȝ fuerit/ totū corpꝰ tuū tene
broſū erit Quia cū ꝑuerſa eſt intē
tio q̄ precedit/ prauū ē omne opꝰ
q̄d ſequitur/ q̄uis rectū eē videat̄
Ego nāqꝫ hūc virū/ qui dū q̄ſi hoſpi
talitatē ꝓberet orbatꝰ ē/ n̄ pietate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ope delectatū eſtimo/ſed epiſcopi derogatione· Nam pena ſubſequēs innotuit/quia p̄cedēs illa ſuſceptio ſine culpa non fuit· Et poſt pauca ſubdit grego. Eſtimo hūc virū qui malignū ſpm̄ in hoſpitalitate ſuſcepit/oſtētationi potius intendiſſe q̄ꝫ opera/ut meliora/ q̄ꝫ ep̄s feciſſe videret᷑· q̄tinus ip̄e ſuſciperet eum quē vir dm̄ fortunat9 expuliſſet. Hec grego. Nos igit᷑ ſic bonū ꝯpteris operemur/ut ītētio bona interius ſeruet᷑· qꝛ ſic ē volūtas dei· qui magis ſm̄ ītētōez opus indicat/q̄ꝫ ſm̄ extrīſecā apparētiā· Hoīes em̄ vidēt ea que foris patent/deus autem intuetur cor/qui eſt ſup benedictus in ſecula/ · A MEN·

De alijs que/de9 vult a nobis fieri dicentur in ſermone ſequenti

Sermo viceſimuſquartus/

Q Vintū p̄ncipale/qđ de9 vult a nob̄ fieri ē·ut patiam̄ ꝓ eo/Et h̄ merito ſeq̄t᷑ predcm̄ q̄rtū velle dei· Nā q̄cūqꝫ vult bn̄ opari/multa cogit᷑ ſuſtinere Jō ij̈ᵃ ad thimo. iij̈ᵒ bn̄ dicit᷑ Oēs qui pie volūt viuere in criſto/pſecutionem patiētur· Ipſi namqꝫ vndiqꝫ et omniquaqꝫ fere reperiunt obſtacula· irridēt᷑ em̄ a peruerſis hominibus/impediuntur a dyabolo/retrahuntur a mundo/fatigantur a propria natura. que laboris eſt īpatiens/et ad malum procliuis Iſtud quintum velle criſtus docuit verbo et vita/Verbo docuit quando dixit Beati qui perſecutionem patiuntur ꝓpt̄ iuſticiam Mt̄ vᵒ Itē ibidem Beati eritis cum maledixerīt vob̄ homines etc̄ Vita vero docuit/qꝛ tota eius vita a p̄ncipio uſqꝫ ad finē fuit q̄ſi vnum martirium et clarū ſpeculū paſſionis et patientie· Jō iᵃ pet̄ ijᵒ dicitur Criſtus paſſus eſt ꝓ nob̄. Vobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia eius Oportuit autē pati xp̄m et ita intrare in gloriam ſuam· Luce xxiiij̈ᵒ · Eſt igitur voluntas dei ut patienter ſuſtineamus· Idarco diſcipulis ſuis criſtus dixit Ecce ego mitto vos ſicut oues ul̄ agnos īter lupos Mt̄ decimo Et Luce decimo Sic ꝫ filijs zebedei dixit Calicem quidem meū bibetis Mt̄/ xxᵒ De hac volūtate dei dicitur iᵃ petri iiijᵒ Qui patiunt᷑ ſm̄ volūtatem dei/ creatori commēdant animas ſu as· Et ad hebre. xᵒ dicit᷑/ Patientia vob̄ neceſſaria ē ut volūtatem dei faciētes/r̄portetis ꝓmiſſionē Sic qn̄ filij iſrael erāt in tribulatōe Judith dixit Dicamus flentes domino/ut ſm̄ voluntatē ſuam faciat nobiſcū miſericordiā ſuā Judith viijᵒ/ Et thobias ſuſtinens cecitatem dixit Domine fac mecum ſm̄ voluntatem tuam. Thobie tercio· Et q̄ꝫ ſic patienter pati ſit de volūtate dei/ ſignum eſt q̄ꝫ dn̄s ſuos amicos pati et trucidari permiſit/ nec eos a paſſionibus cum faciliter potuiſſet liberauit/niſi forte qn̄ꝫ ꝓpter cōſolatōez fidelium aut cōfuſionem pſecutoꝝ et infideliū· Sed eos ī paſſionibus confortauit/ volens ut ſuſtinendo

plus mereret / ⁊ ab eo glorioſius
coronarent. Eos igit magis dilex
iſſe videtur / qͦs grauioribꝫ paſſioī
bus affligi pmittebat. Et illi volū
tatē dei pfecerūt / q naturam ſuam
ſuppeditātes / et ꝓpriam volūtatem
frangētes / graues penas patiēter
et ſponte ſuſtinuerūt. Qui ergo pa
ti non vult / uel impatienter patit.
repugnat voluntati dei / amittens
fructum paſſionis / ⁊ cum hoc gra
uiter deū offēdens. Ideo prou. xix°
dicit. Qui īpatiēs ē ſuſtinebit dāp
num. Talis enim xp̄m qui per viā
paſſionis p̄ceſſit / imitari recuſat.
qꝛ ipſe dixit. Si quis vult venire
poſt me / abneget ſemetipſū / et tol
lat crucem ſuā q̄tidie. Lu. x° / Tol
lit autem homo crucē ſuam / qn̄ ſe
voluntarie caſtigat / et a voluptati
bus refrenat / aut etiam qn̄ paſſio
nes aliūde inflictas patienter ſuſti
net. Item talis propriam culpam
et penam quam meruit non agnoſ
cit / aut non ponderat / Cum tamen
gregorius in moralibꝫ dicat. Iuſta
ſunt cuncta que patimur / et valde ī
iuſtum eſt ſi de iuſta paſſione mur
muramꝰ. Ideo iudith vīī dixit. Nos
ergo non vlciſcamur nos pro his
que patimur / ſed reputātes pecca
ta noſtris / Hec ipſa ſupplicia mino
ra eſſe flagella domini / quaſi ſerui
qui corripimur ad emendationem
non ad perditionem noſtram eue
niſſe credamus. Itē talis ad celeſ
tem gloriam peruenire recuſat. cū
nemo coronetur niſi legittime cer
tauerit ut dr̄ ii° ad thymo. ii° Et
cū p multas tribulatōes oporteat

nos itrare in regnū celorū ut dr̄ act
xiiii° / Omnes eīm q placuerūt deo /
p multas tribulatōes trāſierūt fi
deles / ut dr̄ Iud. viii° / Trāſierūt aūt
fideles / qꝛ patiēt tolerātes / a ſemi
ta iuſticie n̄ declinauerūt / nec volū
tati dei reſtiterūt. ſic ḡ trāſierūt p
hūc mūdum / et de hoc mūdo ad reg
nū celorū. Exm̄. De h ponit ce
ſarius exēm̄ ſatis pulcrū / dicēs / qꝫ in
clareualle fuit cōuerſꝰ qdā / valde
religioſus. q nūqꝫ viſꝰ fuit iraſci.
aut ad impatientiam prouocatus
Ille in ꝯſuetudine habuit / ut q̄tiēſ
cūqꝫ ſiue iuſte ſiue īiuſte ꝓclama
ret / totiēs p illis ꝓclamantibus
oraret. Cū igitur q̄dam vice pro ne
gociis domus fuiſſet extra miſſus.
incidit in latrones / qui eū iumēto
cui inſedit et oībus rebꝫ diſpolia
bant. Recedētibꝫ igitur latronibꝫ.
ipſe ad oratioēꝫ ꝓſtratus / rogauit
dn̄m ut ipſis peccatū h remitteret.
Quidā aūt ex eis reūſus / ut videret
qd ageret / ut cognouit qꝫ ꝓ ipſis
oraret pcutiens pectus ſuum dixit
Ve nobis miſeris et dāpnatis. Cū
qꝫ ad ſocios ſuos rediret / et rem re
ferret / omnes illi cōpūcti redierūt.
et omnia reſtituentes / veniam poſ
tulabant. In huius morte / quidam
religioſus ſancte vite / cum et ipſe
ad extrema veniret / raptꝰ ab hu
manis aliqādiu iacuit. tandemqꝫ
reūſus dixit ſe pductū fuiſſe in pa
radiſum / ubi magna p̄paratio fie
bat / q̄ſi ad aduētū cuiuſdam īpato
ris vel regis / aliis hincinde ꝯfluēti
bꝫ / et reſonabat vndiqꝫ vox laudis
⁊ grāꝝ actio. Cūꝫ ille q̄rēt ab āgel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ductore ſuo quid hoc eſſet· Reſpō
dit angelus Hec eſt celebritas no
ua cuiuſdam ſancti/ hodie de domo
clareuallis aſſumpti/· et modo ī h̄
gaudia ītroducēdi/ Queſitū eſt igi
tᷣ et inuētum/· eadem hora ṗdictū
cōuerſū ex hac vita migr̄ſſe· Sex
tū ṗncipale q̄d deꝰ vult a nob̄ fieri
eſt· ut in omnibꝫ gratias agamꝰ
et benedicamꝰ dn̄o· Et merito gra
tiarum actio ſequitᷣ ad premiſſa.
qꝛ deo debemus gratias agere/ non
ſolū ob h̄ ꝙ bonū velle et boᵐ opꝰ
operatur in nobis/ et coopatur in
nobis/ ſine quo michil boni cogita
re aut facere poſſumus/ ſed eciā ob
hoc ꝙ conceſſit nobis ut eciam ad
cumulū glorie nr̄e pro ipſo patia-
mur/ Agamꝰ igitᷣ deo grās ꝓ ope
noſtro bono/ ſicut de dauid ſcribitur
eccli. xlvijᵒ/ In omni opere dedit cō
feſſionem ſancto et excelſo in vbo
dm̄/ et de ōni corde ſuo laudauit deū
Item Agamus deo gratias ꝓ do-
nis et beneficijs ſuis/ ſicut apoſto
lꝰ dicit ijª ad cor. ixᵒ/ Gratias deo
ſuper inenarrabili dono eius/ Itē
Pro paſſionibus pro deo illatis/ ſi
cut beatus auguſtinus ſc̄bit de be
ato cip̄ano carthaginenſi epiſcopo
Qꝛ cū pronunciata fuit ſententia
ut decollari deberet Reſpōdit hila
ri voce/ deo gratias Et merito/ quia
pati pro deo/ donū dei eſt/ et augmē
tū glorie· Idcirco apl̄s bn̄ dicit ad
phil. iᵒ/ Vobis donatū eſt pro xp̄o/
non ſolū ut in eum credatis/ ſed ut
eciam ꝓ illo patiamini/ Pro quo ta
mē notādum ē/ ꝙ ī paſſioībꝫ nr̄is
grās deo agere debemꝰ/ n̄ ob h̄ ꝙ a
lijs peccāt in nob̄ pſequēdo nos/ ſꝫ ꝙ
nos patienter tolerādo merem̄ Et
idō/ ut tāto plꝰ meream̄/ idulgeamꝰ
eis q̄ pſequūtᷣ nos/ et oremus pro
eis eiſqꝫ bn̄facere n̄ omittamꝰ dili
gētes eos tāq̄ꝫ auctores et adiuto
res gl̄e noſtre Et licet ipſi nō intē
dant augere gl̄am nr̄ām in pſequē
do nos/ ſꝫ oñdant maliciam ſuam/
nichil ad nos/ Attēdamꝰ nos vtili
tatē noſtrā/ et cōpatiam̄ inſanie ip
ſorū· Iſtud ſextū velle dei/ xp̄s do
cuit verbo et vita/ Verbo docuit/ qn̄
illi a quo legionē demonū eiecerat·
dixit Vade ī domū tuam ad tuos ꝛ
nūcia illis q̄nta tibi dn̄s fecerit/ ꝛ
miſertꝰ ſit tui Mt. vᵒ Simile ha
betᷣ· luce viijᵒ/ Itē/ cū .x. leproſos
mūdaſſet dixit Nōne .x. mundati
ſūt/ et nouē vbi ſūt Non eſt inuētꝰ
qui rediret et daret gl̄am deo niſi h̄
alienigena Luce xvijᵒ Ex quo eli
citᷣ· ꝙ diſplicuit ſibi ꝙ illi nouem
alij non fuerūt reuerſi grās agen
tes/ Vita docuit/ quia in omnibus
conſueuit gratias agere patri ſuo
et ipſum glorificare ſicut patet in
mltis locis euāgeliorum Egit em̄
gratias patri ſuo/ quando ſatiauit
quīqꝫ milia hominum de quinqꝫ pa
nibus/ et quatuor milia de ſeptem
panibus/ Itē/ qn̄ lazarū ſuſcitauit
Itē/ qn̄ ſacramentū corporis et ſan
guīs ſui inſtituit· et ſic de multis a-
lijs poſſet oñdi Ex quo cōicitur et
elicitur/ ꝙ ī cōſuetudīe habuit gra
tias agere/ Eſt igitur volūtas dei
ut ip̄m cū grārum actione laudemꝰ
et bn̄dicamꝰ Vn̄ iª ad teſſ· vlᵒ· dr̄
Sēp gaudete/ ſine ītmiſſioē orate·

in omnibus gratias agite. Hec eſt
enim voluntas in criſto iheſu in om
nibus vob. Et pſalmiſta dicit. Be
nedicite domino omnes virtutes
eius et c̄. Et ij° eſdre vi° dr̄ Cōfi/
temini dn̄o / et date gloriam deo pa/
trū veſtrorum / et facite voluntatē eꝯ
Idcirco / ſcā eccleſia ſpōſa xp̄i habꝫ
in cōſuetudīe dicere Benedicamꝰ
domino / deo gratias / Itē Grās aga
mus domino deo noſtro Et apoſto
lus tanꝗ̄ preco ecclie / docuit ſuos
neophitos dicēs Quodcūqꝫ facitis in
verbo aut ope / oīa in noīe dn̄i noſtri
ihū xp̄i facite / grās agentes deo pa
tri per ipſū. ut dr̄ ad coloſ. iij° Et
notandū dicit / grās agētes / vel. gra
tias agite / et. grās agamꝰ / ꝗ̄ huiuſ/
modi / qꝛ gratitudo non debet ſtare
in nudis verbis / ſꝫ debet operibꝫ oñdi
Qui ergo deo gratias non agunt /
voluntati dei repugnant / ſicut de q̄
buſdam dr̄ ad rō. i° Cū cognouiſ/
ſent deū / nō ſicut deū glorificauerūt
aut gratias egerunt. Super quo
verbo dicit auguſtinus Quod deꝰ dede
rat gratis id eſt gratias agentibꝫ /
tulit ingratis / Et gregꝰ dicit Non
eſt dignus dandis / qui non agit g̃
tias de datis. Exm̄. De ingr̄titu/
dine et grārum actione / et ſpecialr̄
in aduerſitatibus / poſſumus exm̄
capere et trahere / ex vita ſtephani
pr̄is monaſterij iux̄ reatine urbis
menia cōſtituti / de q̄ gregꝰ in dya/
logo ſic dicit Erat valde ſanctus ⁊
patientie virtute ſingularis / ſcꝫ
ſtephanus predictus. Hic ꝓ amore
celeſtis patrie / cūcta deſpexerat /
poſſidere in hoc mūdo aliqd̄ fugie/
bat. tumultus deuitauit hominum.
crebris ac ꝓlixioribꝫ orationibus
intētus erat / Virtus tn̄ patiētie ī
eo vehemēter excreuerat / ut eū ſibi
amicum crederet / qui ſibi moleſtie
aliquid irrogaſſet. Reddebat con/
tumelijs gratias Si qd̄ in ipſa ſu
a inopia dāpnū ei fuiſſꝫ illatū / hoc
maximum lucrū putabat Oēs ſu
os aduerſarios / nil aliud ꝗ̄ adiuto
res eſtimabat / Ad huius vite finē /
cum multi conueniſſent / ꝗ̄plures
corporeis oculis viderunt angelos
introeuntes / ſcilicet ut ei morienti
aſſiſterent et eius animam ad reg
num celorum perducerent. Exm̄
De ingratitudine ceſarius ſcribit
hoc exēm̄ Quidam piſcator in dyoc̄
traiecteñ de fornicatōe ſuſpectus.
cum timeret accuſari et puniri / cō
feſſus fuit ſacerdoti et abſolutus.
et poſtea pro ſua expurgatione fer
rum ignitum illeſa manu portauit
Quid plura. Abſolutus fuit et pe/
nam euaſit / Poſt paucos dies na/
uigans cum alio piſcatore dicente
ſibi / ꝗ̄ mirum fuiſſet eum abſqꝫ le
ſione ferrū portaſſe Reſpondit Ec
ce non plus leſit me ignis / ꝗ̄ hec
aqua / et percuſſit aquam manu ſu
a Mira dei iuſticia Mox ut aquā
tetigit / tāꝗ̄ ardens ferrum manū
eꝰ cōbuſſit. Statimqꝫ cum clamo
re manum retrahens / pellē ī aqua
dimiſit Ideo ſic punitꝰ fuit / qꝛ vel
peccatū aut peccādi ꝓpoſitū reſūp/
ſit / aut gloriando hoc dixit / et ſic v̄
troqꝫ mō / īgr̄tꝰ fuit deo Septimū
ꝑncipale qd̄ deus vult a nob̄ fieri ē
ut ī bonis et cōt̄ mala pſeueremus

et hoc uſq᷑ in finem/ quia non datᶜ
merces niſi in fine operis/ Jdcirco/
q̄ an̄ finē ceſſat a bono/ uł deſinit
reſiſtere malo/ mercede ſe p̄uat/ Vn̄
gregorius in moralibus dicit/ In/
caſſum bonum agitur/ ſi ante ter/
minum vite deſeratur/ qꝛ fruſtra
velocił currit/ q̄ p̄uſq̄ ad metā veī
at deficit/ Jtē idē ī omelia ſup euā/
gelio ferie quīte paſche dicᵗ· Virtꝰ
boni operis perſeuerātia eſt/ Vide
ibidē plura/ de pſeuerātia/ ſi placet·
Hoc ſeptimū velle dei/ xp̄s docuit
verbo et vita· Verbo docuit/ qn̄ dix
it Qui perſeuerauerit uſq᷑ in finē
hic ſalꝰ erit Mathei vᵒ/ et xximᵒ
Super quo verbo vide grego. in o
melia predicta· Vita vero docuit/ qꝛ
non ceſſauit quouſq᷑ perfecit volū
tatem ſui patris· Ideo dixit Meus
cibus eſt/ ut faciam voluntatem
eius qui miſit me/ vt perficiam o
pus eius Johannis quarto/ Vnde
an̄ paſſionē ſuā dixit ad patrem.
Opus conſummaui/ quod dediſti
michi ut facerem Johannis xvijᵒ/
et in fine vite dixit Cōſūmatū eſt
Jo. xixᵒ/ In ſignū huius noluit de
cruce deſcēdere/ qn̄ iudei dixerūt· Si
filius dei ē/ deſcēdat nunc de cruce
et credimꝰ ei· Nam licet nouerit ma
liciam ipſorum/ qꝛ licet hoc non lo
quebantur ex corde nec intēdebant
credere/ eciam ſi deſcēdiſſet/ qꝛ ſolū
hoc dixerunt improperando ei et eū
ſubſanando/ tamen ſi criſtus pre/
ſciuiſſet eos credituros per deſcēſū
eius de cruce/ non tamen deſcēdiſſꝫ
ne inſtabilit᷑ occaſionem dediſſꝫ.
bonum inceptum dimittendi· Sed
voluit perſeuerantiam cōmendare
et nobis exemplum in bono cepto
perſeuerandi prebere· Eſt igitur
voluntas dei ut perſeueremus/ et
bona incepta perficiamꝰ/ De h̄ dr̄
ijᵒ eſdre viijᵒ/ Perfice f̄ꝛᵐ volūtatē
dei Et ad coloſ. vltimo dr̄/ Stete
id eſt pſeueretis perfecti/ pleni ī ō
ni volūtate dei· Vnde illd̄ Jo. vlᵒ de
quolibet noſtro poteſt accipi Viz·
ſic eū volo manere id ē pſeuerare
Et qꝛ pſeuerātes voluntatem dei
perficiunt/ Jdcirco deꝰ eos glorifi/
cat/ iuxͣ illud apo. ijᵒ Eſto fidel᷑ uſ
q᷑ ad mortē et dabo tibi coronā vi
te· Et iᵒ parał. xxvijᵒ dr̄/ qꝛ domi
nus dixit ad dauid/ Salomonē ele
gi m̄ in filium/ ⁊ ego ero ei in prēꝫ·
et firmabo regnum eius in eternū
ſi pſeuerauerit facere p̄cepta mea·
Et ſeneca in quadā epł̄a dicit· In
excelſo eſt beata vita/ ſꝫ pſeuerā/
ti penetrabilis· Qui ḡ in bono non
perſeuerat/ volūtati dei repugnat.
et facit ſe īdignum regno dei/ iuxta
illud luce nono/ Nemo mittens ma
num ad aratrum/ et reſpiciēs retro
aptꝰ ē regno dei· Sic fuit de ſaul ⁊
ioas regibus/ quorum vterq᷑ be/
ne incepit/ ſed non perſeuerauit· Jd
circo vterq᷑ reprobatus fuit/ et ad
malum finem deuenit/ ut patet in
libris regum iᵒ/ et iijᵒ· Vn̄ cuidā p
increpatioēm dr̄ apo. ijᵒ/ Caritatē
tuā primā reliqſti Memor eſto ita
q᷑ vn̄ excideris/ et age penitētiam.
et prima opa fac· De pſeuerātia
ī bono cepto/ ſc̄bitᶜ tale exᵐ ī libro
de apibus· Exēplū· Erat qui
dam puer nobilis ī teutonia/ filiꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

cuiuſdam comitis/ et cognatus re-
gis francie/ xvi annorum/ albertus
nomine/ qui cum eſſet pariſius/ et
miſſis nunciis vocaretur ad patri
am redire/ et vxorem ducere/ venit
ad domum predicatorum/ et magiſ
trum iordanum et conuentū adiu/
rabat et conteſtabatur/ ꝙ ſi eum n̄
reciperent ad ordinem/ prout iam
pridem deſiderauerat/ deus ſangui
nem eius de manu ipſorum require
ret. Ipſis igitur fletibus et primo
quid facerent heſitantibus/ tādem
ipſum receperunt et induerūt. Qd
pater eius iam ſenex percipiēs/ cū
multis aduenit ut eum vi tolleret
ſed repulſus infecto negocio reuer
ſus fuit in patriam. Tandem qui/
dam archidiaconus auunculus e/
ius/ venit ad eum/ ut eum ab incep
to auerteret. Qui inter alia dixit
ei/ ꝙ propter ingreſſum ordinis
mater eſſet breuiter moritura pre
dolore/ et ipſemet auunculus eius
fuiſſet fere mortuus. Cui iuuenis/
in feneſtra uitrea oſtendit ẏmagi
nem crucifixi et a lateribus ẏma/
gines beate marie et beati iohan/
nis euangeliſte dicēs/ ꝙ xp̄us cri/ſ
tus matrem ſuam dilectam cogno
uerit in tanto dolore/ ꝙ gladius do
loris pertranſierit animam eius/ et
conſobrinum ſuum pre ceteris di/
lectum viderit multum contriſta/
tum/ de cruce tamen non deſcendit.
ſed ī cruce perſtitit moriturus. Sic/
et ſi mater mea moriatur/ et tu ca
riſſime pericliteris/ ego tamen de
cruce non deſcendam/ ſed in ea mo
riar. Et hanc quidem aſcende et tu/

ne te miſerabilis huius mundi la
boritus inuoluat. Quid plura. Ar/
chidiaconus motus ad lacrimas.
poſt paucos dies ſecutus eſt eum
Exemplum. Quo contra de im
perſeuerantia ſcribitur in cronicis
carthuſie/ ꝙ quidam nouicius in
domo prope maguncīa ordinis car
thuſienſis/ tentatus redire ad ſecu
lum/ cum ẏmaginem beate marie
oſſeam vel eburneam haberet ī cel
la/ et eam quaſi valefaciens ſalu/
taret/ eadem ẏmago in quodam ta
bnaculo poſita ſe viſibilr̄ regirās/
dorſū ad eum vertit. Quo viſo ter/
ritus/ ſed non correctus/ hoc quod
viderat priori et magiſtro ſuo inti
mauit. Poſtea vero cum prioris et
magiſtri ſui exhortatioībus nō ac
quieſceret/ quadam nocte poſt ma
tutinas euaſit. Et cum multi poſt
eum miſſi eſſent/ nunq̄ꝫ reperiri po
terat/ nec ūq̄ꝫ quo deuenit aliquis
perceperat. Tūc dicta ẏmago ad do
mum carthuſie pro teſtimonio/ et
pro cautela perlata fuit/ et adhuc
ibidem manet. Exemplum. Si
militer/ in quadam alia domo dicti
carthuſienſis ordinis/ fuit quidam
nouicius/ cuius ſoror nubilis venit
ad portam monaſterij flens et eiu
lans/ pro eo/ ꝙ ipſam deſolatam re
liquerat. Conſuluit prior ne dictus
nouicius ad eam vadat/ ne forte ab
ea ſeductus recedat. Ille vero pre
ſumens ſtulte de ſeipſo/ eā adijt/ et
deceptus/ cum ea receſſit. Pergen/
tibus igitur illis ſimul/ et nō lōge
a monaſterio nemuſculū q̇ddam ī
gredientibus/ agcole et paſtores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

Viderunt quandam beſtiam/ prius
non viſam rapido ore venire de ſil/
ua/ que facta parua mora ĩ nemuſ
culo/ rediӱt ad locũ vnde venerat.
Mirantes illi/ quid beſtia fecerit.
cucurrerunt ad nemuſculum/ et in
uenerunt ambos occiſos/ et mẽbra
ipſorum dilaniata/ ⁊ hincinde diſ/
perſa/ ¶ Si ergo in hӱs predictis
imperſeuerantia ſic fuit punita/ ꝙ
nondum profeſſi fuerant/ quid de
profeſſis apoſtatis dicendum erit
¶ Exemplum ¶ Sed ad tam miſe
rum finem/ quidam heremita non
venit/ qui cum ſimilia facere tenta
uit/ de quo ſcribit ſeuerus in dӱa/
logo ſuo/ Ait enim/ ꝙ q̃dam miles/
depoſito cingulo militari/ intrauit
heremum/ et factus heremita mul
tum profecit/ et factus fuit proba
tus monachus Dӱabolus vero in
uidens profectui eius et ſaluti/ Im
miſit cordi eius/ ꝙ multo melius
eſſet/ ut vxorem quam reliquerat
⁊ familiam bene gubernaret/ ⁊ in
ſeculo bonis operibꝫ ĩſiſteret/ q̃ꝫ ꝙ
ſic ſolitarius in cella ſederet· Qui
tandem tentationi dӱabolice cedẽs/
receſſit a cella ut ad ſeculum per/
geret ¶ Sed cum in via quoddam
monaſterium ĩtraret· ⁊ monachi
cauſam diſceſſus audirent/· dixe/
runt diabolicam eſſe tentationem/
perſuadentes ut omnino ad cellam
rediret/ Sed cum ei perſuadere non
poſſent/ cum omnium illorum do/
lore diſceſſit· Et ecce vix ab aſpec
tu ipſorum ſeparatus/ impletus fu
it demõio ⁊ ſic reductus ad monaſ/
terium/ cum dӱabolus in eum mul
tum graſſaretur et ſeuiret vincul
ferreis fuit alligatus/ Sed poſt bi
ennium/ orationibus fratrum libe/
ratus/ ad heremum rediӱt/ ⁊ cauti
or contra tentationes factus/ uſqꝫ
in finem vite dño ſtabilr̃ ſeruiuit
Cui ſit honor ⁊ glřa in ſclřorum ſe/
cula· A M E N

Sermo viceſimuſquĩtus/

Expedite tribus punctis
principalibus/ pro decla
ratione 3ͤ. petitionis aſ
ſumpte/ videlicet que ⁊
qualis ſit voluntas noſtra/ et que
et qualis ſit voluntas dei/ et quid
deus velit a nobis fieri· Videndum
eſt nunc de quarto puncto/ ſcilicet
quomodo voluntatem dei debeamꝰ
implere· ¶ Pro quo notandum eſt/
ꝙ per obedientiam veram et ſimpli
cem/ ⁊ non aliter/ perficimus volũ
tatem dei ⁊ voluntas eius a nobis
⁊ in nobis fit/ Si dixerimus ⁊ fe/
cerimus ſicut filӱ iſrahel dixerunt
videlicet/ Omnia que locutus eſt
dominus faciemus/ ⁊ erimus obedi
entes exo. xxiiii° Et hoc dominꝰ
intendit· quando non ſolum docuit
nos dicere/ fiat voluntas tua Sꝫ
eciam appoſuit iſtam clauſulam· ſi
cut ĩ celo ⁊ ĩ terra/ Per quã voluit
modũ ⁊ formam obediendi oſtende
re ¶ Cui concordat illa petitio Iude
machabei/ videlicet· ſicut fuerit vo
luntas ĩ celo ſic fiat/ primo macha
beorum tercio ¶ Sed anteq̃ꝫ oñdat̃/
quomodo voluntas dei fiat ĩ terra
ſicut in celo/ prius exponenda ſũt
vba predicta ¶ Igitur· hec petitio

ſcilicet/ fiat volũtas tua ſicut ĩ ce
lo et in terra/ quinqȝ modis poteſt
intelligi/ quorum quatuor tangit
auguſtinus in libro de ſermone do
mini/ prout recitat doctor ſanctus
ſcilicet thomas de aquino ĩ libello
de expoſitione orationis dominice.
¶ Primo modo/ exponitur/ ut per ce
lum intelligantur beati in patria.
qui ſunt in eccleſia triumphante/
et per terram/ homines degentes/ ĩ
hoc mũdo/ qui ſunt in eccleſia mili/
tãte. Et eſt ſenſus/ ꝙ voluntas dei
fiat in hominibꝫ in hoc mundo ad/
huc mortaliť viuentibꝫ/ ſicut fit
in beatis in regno ĩmortaliter reg
nantibus Et hec expoſitio ſatis ē
cõueniens/ quia beati in regno ſu/
perno/ ſũt omnino conformes diui/
ne voluntati/ ſic ꝙ nec in minima
cogitatione ab ea diſcrepant. Peti
mus igitur/ ut eciam ſic fiat de no/
bis. Et ſi non omnino tam plene
et ꝑfecte/ fiat ſaltem ſcḋm poſſibili/
tatem noſtram/ Qꝫ autem nomine
celi intelligantur beati/ et noĩe ter
re/ viatores/ patet per illud pſſe. Le/
tẽtur celi et exultet ťra. Itẽ Lau/
date dñm de celis/ laudate dñm de
terra. ¶ Secũdo modo/ ſcḋm auguſti
num/ et ſanctũ thomam de aquino/
ſic intelligiť/ ut per celũ intelligãť
ſcã angeli/ per terrã vero ĩtelligãť
homines beati/ ſicut per pſalmiſtã
dr̃. Aduocabit celum de ſurſum/ id ē
angelos/ et terrã id eſt ſanctos ho
mines/ diſcernere populum ſuum
Et tunc eſt ſenſus ꝑdicte peticõis
Sicut in angelis voluntas tua fit
ut te perfruantur/ nullo errore ob
nubilante eorum beatitudinẽ/ ita
fiat de ſanctis tuis q̄ de terra ſũt/ et
in terra formati ſunt/ q̄ntũ ad cor/
pus. ¶ Et eſt hꝫ expoſitio cõueniẽs
pro tãto/ qꝛ ut dicit auguſtinꝰ In
illo beatitudinis regno/ vita btã ꝑ
ficitur in ſanctis/ ſicut nũc ꝑfecta
ē in angelis/ qꝛ erimus ſicut ãgeli
dei in celis. ¶ Tercio mõ ſcḋm augm
ꝫ thomam/ intelligitur ſupradicta
peticio/ ut per celum ĩtelligatur iuſ
tꝰ/ per terram vero homo peccator
Vñ gregorius in moralibus dicit
Quid ꝑ celũ/ ñ iuſtos/ ꝫ q̄d ꝑ ťrã.
niſi pccõres accipimus/ Iuſti enim
ſunt celi/ qui enarrãt gloriam dei.
et qui annunciant iuſticiam eius.
ut dicit pſ̃. ¶ Peccõres vero ťra ſũt/
que data eſt ſerpenti ad manducã
dũ/ ut augꝰ. ĩ libro de agone xp̃i.
ano exponit illḋ geñ. iiio/ Sup pec
tus tuum g̃dieris/ et terrã comedes
Eſt igiť ſenſus huiꝰ petitionis. Fi
at volũtas tua/ ſicut ĩ celo et ĩ ťra.
ꝙ ſicut iuſti et ſancti faciunt volũ/
tatem dei/ et obſeruant precepta
eius/ ſic faciant peccatores/ ſcilicet
ut conuertantur et mãdata dei ad
impleãt/ que implendo faciant vo/
luntatem dei/ ſicut ipſe voluntatẽ
patris impleuit/ ¶ Quarto modo
ſcḋm eoſdem/ intelligiť/ ut per celum
accipiať aĩa/ aut ſpiritus nr̃/ ſcḋm
quem condelectamur legi dei/ per ť
ram vero/ intelligamus corpus noſ
trum Petimus ergo/ ut ſicut fit nũc
voluntas dei in ſpiritu noſtro/ ſcḋm
quem delectamr̃ in lege ſua/ ita fiat
in ťra .i. in corpore nr̃o ut ſine aliq̃
reſiſtentia obediat anime et ꝑ ip̃m

Voluntas dei fiat/ ut deſinat eſſe/ de
quo dicit*r* ſapientie nono/ Corpus
quod corrumpitur aggrauat ani-
mam/ et deprimit terrena inhabita
tio ſenſū multa cogitantē· Quī
to modo intelligitur/ ut per celum
intelligatur criſtus/ qui eſt ſponſꝰ·
et per terram eccleſia/ que eſt ſpon
ſa Et merito/ quia ſicut terra fecū
datur a celo/· ſic eccleſia a criſto.
Et tunc eſt ſenſus/ ꝙ ſic fiat volun
tas dei in terra/ id eſt in tota eccle
ſia/ ſicut facta ē in celo/ id eſt in criſ
to/ qui dicebat Non veni facere vo-
luntatem meam/ ſed eius qui mi-
ſit me Et orādo dixit· Non mea vo
luntas ſed tua fiat· Horum quī-
ꝗ modorū intelligēdi terciā petitio
nē orōnis dnīce/ quatuor vltimos
ponit augꝰ. ut ſupradictū eſt· licet
primus modus ſit magis uſitatus
Sed circa p̄dcā/ oriūtur quedā
dubitationes/ Prima eſt q̄ p̄dictarꝫ
quinꝗ expoſitionū ſit melior Reſ
p̄detur/ ꝙ licet omnes ſint bone/ ta
men quelibꝫ earum habet quādam
excellētiā ſeu melioritatē reſpectu
aliarum/ et hoc ſcḋm aliū et aliū mo-
dum Nā ſcḋm ſtatū meritoriū prima
eſt melior Et ſcḋm pfectionem futu
re glorie/ 2ª eſt melior Et ſcḋm vni-
formitatem fidelium in profectu v
tutum/ melior eſt 3ª/ Sed ſcḋm reſti
tutionen ſtatus hominis/ in prima
creatione/ melior eſt 4ª/ Secundū
vero membrorum et capitis perfec
tam copulationem/ melior eſt 5ª
Secunda dubitatio eſt/· quare
ſaluator noſter non docuit nos di-
cere· facias voluntatem tuam/ ſed
fiat voluntas tua/ Ad hoc rn̄dit cri
ſoſtomꝰ dicens/ Signanter nō eſt
dictum· facias voluntatem tuam.
ſed fiat voluntas tua/ ne dei volun
tatē impletio/ vel boni operis exe-
cutio/ vel celeſtis regni conſecutio
videatur dei eſſe tantum/ vel homi
nis tantum/ Si enim docuiſſꝫ dice
re/ facias voluntatē tuā/ videretur
totū eſſe dei/ ꝙ bonū faciamus/ vel
ꝙ regnum celeſte cōſequamur/ Si
vero docuiſſꝫ dicere/· faciamꝰ volū
tatē tuam· videret*r* totū eſſe nr̄i li-
beri arbitrij/ Et vtrūꝗ ē falſū Nā
licet creauerit nos nō coopātibꝫ no
bis/ nr̄ām tamen iuſtificationem ꝛ
ſaluationē nō opat*r* niſi volentibꝫ
nobꝫ/ et cōuertētibꝫ ad ipſum· Cui ꝯ
ſonat augꝰ ſuper iohānem dicens
Qui fecit te ſine te/ nō iuſtificabit
te ſine te/ Eſt ergo ſenſus verbi Fi
at voluntas tua in terra/ ſicut iam
facta eſt in celo p grām tuā/ adiūc
to tn̄ noſtro libero arbitrio/ qꝛ vnū
iſtorū in adultis non ſufficit ad ſa
lutē conſeqn̄dam/ et meritoriam ac
tionem exercēdam/ Propt̄ qḋ tren̄
vlº dr̄ Conuerte nos dn̄e ad te/ ſci
licet per gratiam tuā/ et cōuertemꝰ
quantū eſt in noſtre voluntate ar
bitrio/ Et hunc ſenſum auguſtinꝰ
in libro de ſermone domini dicit J de
o dictum eſt Fiat voluntas tua/ et
non facias voluntatē tuam/ qꝛ nos
non facimus noſtris orationibꝫ/ ut
deus velit· nec facimus ipſum vel-
le/ cū eius velle ſit immutabile/
ſicut ſubſtantia eius/ Sed dcm̄ ē
fiat voluntas tua/ que in illis fit.
qui faciunt quod deus vult/ et ſcḋm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

volũtatem eius. ¶ Tercia dubita/
tio eſt / quare ſaluator noſter nõ do
cuit nos dicere / fiat voluntas tua
in nobꝭ / Rñdetur ſcḋm criſoſt. / ꝙ ſal
uator noſter hãc orationem pro to
to orbe terrarum cuilibet noſtrum
fieri iniũxit. Ideo non dixit / fiat vo
luntas tua in me / uel in illo / aut in
nobꝭ fidelibus ſolum. Sz vbiꝫ tra
rũ / ut ſoluatur error / et plãtetur veri/
tas / expellatur malicia / et reuerta
tur virtus / et ſic iam non differat
celum a terra. Vult ergo criſoſ. ꝙ
iſtam orationem iuſſit xp̃s fieri ꝓ
fidelibus et infidelibus. Ideo nõ dixit
Fiat voluntas tua ĩ nobis fidelibus /
ſed in celo et in terra / ac ſi diceret
fiat per gratiã tuã / ut infideles q̃
nomine terre nuncupantur / cõuer
tantur ad fidem / et ſciant volũtatẽ
tuã / ſicut fit ĩ celo .i. in ipſis fide/
libus / ita ut non differat celum a
terra. ¶ Et in hoc / ſcḋm auguſtinum
deſtruitur error pelagianorum di/
centium / per ſolum liberũ arbitriũ
nos poſſe conſequi fidem / et alia do
na ſpiritualia / quantum ad eorũ
inicium / licet q̃ntũ ad perfectum eſ
ſe / indigeremus diuino adiutorio ⁊
gratia criſti. Si ita eſſet / non eſſet
neceſſarium orare pro infidelibus
ut fidem habere inciperẽt / ex quo ꝑ
ſe ex ſolo libero arbitrio inicium fi
dei habere poſſent. ¶ His igitur nõ
inutiliter premiſſis / accedendum ẽ
ad principale / et videndum quomo
do per obedientiam noſtram / volũ
tas dei fieri debeat. ¶ Pro quo no/
tãdum eſt / ꝙ obedientia eſt quaſi
quidam currus ymaginarius / ĩ quo

voluntas humana ſedens ducitur /
non ſuis proprijs motibus / ſed ad
libitum alterius / et ſic abſq; labore
pertingit ſecure ac pacifice ad locũ
perpetue mãſionis optatũ / Habet
aũt iſte currus / aurigã fidelem ro/
tas firmas et trahitur equis fortibꝫ
et velocibꝫ. ¶ Primo igitur dico / ꝙ au
riga vel ductor huius currus / eſt fidelis
ſcz ſaluator nr̃ / qui eſt ductor bonus /
educens deducens et inducẽs ſuas
oues / de iſto ductore dr̃ deutrono.
xxxij° Dominus / ſolus dux eius fuit
ſcilicet populi iſrahel / ad terram ꝓ
miſſionis Ipſe eſt enĩ qui dicit ꝓ
uer. iiij° / Ducam te per ſemitas eq
tatis. Idcirco pſ̃ petiuit dicẽs De
duc me domine in via tua / Sic q̃/
libet beatorum ductus eſt / iuxta il
lud Sapientie decimo / Iuſtum de/
duxit dominus ꝑ vias rectas / etc̃
Itẽ pſalmiſta de ipſis dicit. Dedux
it eos in viam rectam / ut irẽt in ci/
uitatẽ habitatõis Et quilibet eo
rũ pt̃ dicere Deduxit me ſup ſemi
tas iuſticie / ꝓpt̃ nomen ſuum / Itẽ
tenuiſti manum dexteram meam.
et in volũtate tua deduxiſti me / etc̃.
¶ Iſte vero ductor ſeu auriga / alium
ſubſtituit ductorẽ ſeu aurigã vices
ſuas gerẽtem ſcilicet prelatũ / aut
ſuꝑiorem nr̃m / cui in oĩbus licitis
et honeſtis acquieſcere et obedire
debemus / et ad eius volũtatẽ greſſus
noſtros dirigere / ne ſi ei rebelles
fuerimus / non ſibi ſed domino cu/
ius erga nos vices gerit / repug/
naſſe videamur / et ne nimiũ grana/
tus ſub opere gemat / Volũtatemq;
nr̃am in curru obedientie ſalubrit

ducere non poſſit/ Ipſis enim vica
riis criſti congruit/ Hoc quod domi
nus dixit diſcipulis ſuis· videlicet
Qui vos audit me audit/ et qui vos
ſpernit me ſpernit Luce x°. ¶ Se
cundo dico/ ꝙ tres ſunt equi hunc cur
rū obediētie trahentes ſumme cō
cordes/ et ad eundem finem vltima
tum et optimum tendentes et tra
hētes/ ſcilicet fides/ ſpes/ et caritas
E quibus fides precedit/ et finem
vltimum ītuet'/ et per rectiſſimas
vias ad illum finem tendentes du
cit/ omniaqꝫ obſtacula et īpedimē
ta circūquaqꝫ declinat/ ꝛ lumine ve
ritatis illuſtrata/ errorū tenebras
fugat Ideo prima petri ii° dicitur.
De tenebris vos vocauit in ammi
rabile lumen ſuum/ id eſt de īfideli
tate ad fidem Bene ergo de fide di
citur prima ad chor. v° Per fidem
ambulamus/ ſcilicet de exilio ad pa
triā· Et ad Romanos v° Acceſ
ſū habemꝰ p fidē in grām/ et ſupple
de grā in gloriam/ Poſt fidē ſequit'
ſecūdus equus ſcilicet ſpes/ que fi
nem vltimatū a fide ſibi oſtēſū/ nō
ſuis meritis/ ſed diuina miſericordi
a cōfidit attingere/ et iō conat' ar
denter ꝓcedere/ et fortit' trāſire facit
Vn̄ yſa. xl° dicitur Qui ſperāt in
dn̄o mutabūt fortitudinem· Aſſu
mēt pēnas ſicut aquile/ currēt et nō
laborabunt/ ambulabūt et nō defi
cient· Ideo per ſpem voluntas per
tingit ad illud quod deſiderat· Di
cit enim auguſtinus in libro de ca
ritate/ Qui gaudet in ſpe/ tenebit ꝛ
rem/ Poſt ſpē ſequit' tercius equꝰ
ſcꝫ caritas/ alligatū trahens currū·

quia caritas omnia ſuſtinet et ſuf
fert/ ut dr̄ i° ad cor. xiii° Ipſa eſt q̄
finē vltimatū a fide oſtēſū/ ꝛ a ſpe
deſideratū nititur āplecti ꝛ poſſide
re Nec ei quicq̄ laboris aut paſſio
nis difficile videtur/ per quod illū
finem poſſit adipiſci Vnde bernar
dus/ libro de conſideratōe dicit Vbi
amor ē/ ibi labor nō eſt· ſed ſapor/ q̄
niam amāti nichil eſt difficile/ De
hoc idem dicit Qui amat ardentius/
currit velocius/ et puenit citius Et
auguſtinꝰ dicit· Si per viā vere ca
ritatis volumꝰ currere/ ad et̄nam
patriam poſſumꝰ feliciter perueni
re/ Sine his tribus equis/ currus
obedientie nullatenꝰ bene procedit·
nec voluntatē ſalubrit' ducit/ Qđ
patet primo de fide/ quia ſine fide ī
poſſibile eſt placere deo/ ad hebre.
vndecimo/ Et omne quod non eſt
ex fide/ peccatum eſt· ad Romanos
xiiii° Item patet de ſpe/· quia bt̄us
augꝰ libro de caritate/ Qui ſpē nō
habet/ ad rem nō poterit peruenire
Et yſidorꝰ in de ſūmo bono dicit· ꝙ
deſperare/ quod eſt ſpem abicere/ ē
in infernum deſcendere/ Item patet
de caritate· quia qui nō diligit ma
net in morte ut dr̄/ i° iohannis iii°
Ergo non peruenit ad vitam Ideo
gloſa ſuper epl'az primā ad cor. di
cit· Anima ſine caritate/ mortua de
putatur/ Patet igitur ex pdictis.
quō currus obediētie/ bn̄ ac ſalu
briter trahatur fide/ ſpe/ et carita
te/ tanq̄ quibuſdam equis/ De ro
tis vero iſtius currus/ dicetur in ſer
mone ſequenti· ¶ Tamē/ ꝓ maiori
declaratōe pmiſſorū/ et ſpecialit' q̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

oƀedientia ducat ad regnum celoꝝ
Exēplum· Videndum eſt quod
dam quod ſcribitur in cronicis car
thuſie Ibi namqꝫ legitᷣ· ꝙ tēpore
ancelmi prioris carthuſie ut creditᷣ
ꝗ cepit anno domini Mᵒ cᵒ lxxviᵒ
Fuit ī carthuſia quidam monachꝰ
ſanctiſſimē vite ⁊ oƀedientie ſingu
laris· qui tādem euocatus a domi/
no diem clauſit extremum Sed do
minus qui retribuit vnicuiꝫ ꝑᵐ o
pera eius/nō eſt paſſus ſeruum ſu
um ſub modio occulte latere/ſed ī/
finitis et patētibꝫ miraculis eum il
luſtrauit poſt mortē/ut innumero
ſi populi de ſabaudia et delphinatu/
quorum mlti languidos ⁊ īfirmos
ſuos differebant ad ſepulcrum eꝰ
dm ex eorum liberatione in ſeruo
ſancto benedicerent et laudarent.
Siquidem infirmi/leproſi/ceci/ſur
di/claudi/paralitici/muti/et alia ꝗ
cumꝫ infirmitate detenti cum eius
ſepulcrum attigiſſent ſanabantur
Stupor omnes circumdederat vide
tes tanta miracula/ que deus per
ſanctum ſuum operabatur/Diebꝰ
dies ſuccedunt/et menſes menſibꝫ
miraculaqꝫ quotidie accreſcūt Sꝫ
dyabolus dicte domui que tantum
virum enutriuit inuidens/tantam
turbationem et inquietem ibidem
ob ſtrepitum hominum concurrē/
tium concitauit/ꝙ nulli monacho/
rum deo libere ſeruire uel vacare li
cebat/et quod prius fuit multa in
honeſta perpetrabant Sed vir per
ſpicacis ingenij prior carthuſie/ſu
orum grauiter ferens inquietudiēꝫ
filiorum/ hac piae ſancto ſuo potu

it facere querelas Siccine fili ca/
riſſime hec eſt retributio quam re/
tribuiſti nobis Tu ad deum perpe
tua in gloria quieturus aſcendiſti/
nobiſqꝫ tāte inquietudinis bellum
indicis· Non ſic fili erit non ſic/ ſed
eodē pignore quo aduerſarium tu
um confudiſti/eo te aggrediar ne/
ceſſe ē· Obediētia em̄ qua ī hoc cā
po certamīs viriliter dimicaſti/ꝗ
et pacē perpetuam tibi procurauit
eciā frībꝫ et ſociis tuis pacē procu
rabit· Tuncqꝫ dictus prior accedēs
ad tumulum eius/ait· In virtute
ſancte obedientie fili mi tibi preci/
pio/quatinus ſicut in vita tua m̄
ſemper obediens fuiſti·ſic et nūc ep
iſtas/nec ullum miraculum de cete
ro facere preſumas· O magnum
miraculū Nā poſt predictū precep
tū/nullum ad eius ſepulcrū mira/
culum fuit fcūm Et qui in vita ſu
a pfcē obediuit/poſt mortē eciam o
bedire nō negauit Ecce ꝗntū pla/
cet deo ut obediatᷣ/nō ſolū ſibi/ſed
eciā vicario ſuo qui ē loco ſui auri
ga et ductor aīarū in curru obediē
tie· Per oppoſitū vero/quātū deo
as nō haberem. Et ecce cōtinuo ful
men inſtar gladij in os eius introiuit.
et eū ꝓtinus extinxit. Exm. Legi
tur et nume. xvi° φ dathā et abyrō
cōtumelioſe rn̄dētes moyſi t̄ra ab
ſorbuit et deſcēderūt viui in infernū.
Exm. Hijs exēplis ſimilia ſcribit
btūs cyrillus ierosolimorū epūs φ
cū in ſamaria quidam miſer nomē
ſcī ieronimi blaſphemaret mox ful
men de celo cecidit et eum interemit.
Exm. Itē in tyro cū tres ludere
cepiſſent ad taxillos dixerūt. Quā
tūcūqꝫ vis exerce vim ieronime qꝛ
te inuito ludum alacriter finiemus.
Statimqꝫ cū ludum inciperent ter
ra ſe aperiens eos abſorbuit. Nec
ſolum malum eſt loqui malum. ſꝫ
eciā audire et n̄ prohibere. Exm.
Legitur enī φ quidam epūs ſatis
bonus in ſe ī h̄ reprehenſibilis erat.
φ habebat quēdam clericū maledi
cū et detractorē. cuius vba cū audi
ret ipſū n̄ reprehendit. Vtroqꝫ mortu
o clericus fuit dāpnatus. epūs ductus
ad purgatoriū. Vbi int̄ cetera epūs g̃
uit patiebatur fetorē peſſimū aſcēdē
tē in faciē eius ab ore clerici. Multa
poſſent exēpla de vicio lingue adduci
q̄ ptrāſeo. Hijs premiſſis videndū

eſt de q̇buſdam remedijs cont̄ dāpna
male lingue. Primū igitur remedi
um eſt documētū nature. qd̄ t̄plex
inuenit. Primū documētū ē φ hō i
ter oīa aīalia ſcḋm exigentiā corpis
minimū habꝫ os. ut dicit ariſtotiles
ij° de aīalibus. Ad inſinuādū φ ho
mo moderatius dꝫ vti ore ſiue ad lo
quēdū ſiue ad reficiēdū φ̄ alia aīa
lia. Scḋz eſt φ licet homo habeat
duas aures. ſolum tamē vnum hꝫ
os. quatinus ſcilicet ſit tardior ad
loquendum φ̄ ad audiendum iuxͣ
illud iaco. i°. Sit autē omnis hō
velox ad audiendum et tardus ad
loquendū. Vel ex eo φ hō pt̄ qn̄qꝫ
audire bonū et malū ſic tn̄ ut ma
lo nō cōſentiat. ſꝫ nō dꝫ loqui niſi
ſolū bonum. Vn̄ poeta dicit. Cur natu
ra duas aures. os cōtulit vnū. Nā
qꝫ potes audire duplū. vix dicere
ſimplum. Terciū ē φ natura de
dit ori clauſurā ſic φ hō nāl'r clau
dit os poſtq̄ locutus ē. Scḋz re
mediū eſt petere deū ꝓ cuſtodia o
ris ſicut pſ̄. petijt dicēs. Pone dn̄e
cuſtodiā ori meo et hoſtiū circūſtāc̄
labijs meis. Et merito qꝛ dm̄ ē gu
bernare linguā. pū. xvi°. Nec ſo
lū dꝫ petē ſꝫ eciā diligētiā ſuā ap
ponere ſicut pſ̄. fecit qui dicit Ob
mutui et humilatus ſū et ſilui a bonis.
Iō pū. xiij° dr̄ Qui cuſtodit os ſu
ū cuſtodit aīam ſuā. Itē xxi°. Qui
cuſtodit os ſuū et linguam ſuā cuſ
todit ab anguſtijs animā ſuā. Vn̄
igitur dicit ambroſius ſuper lucam.
Aperi os tuum. ſꝫ prius ut aperia
tur iplora. Sic pſalmiſta fecit dicēs
Dn̄e labia mea apies. Terciū

remediū ē cōſuetudo p̄meditādi di
cēda ⁊ deliberādi Vñ iero. dr̄ Prius
veīat ſmo ad limā q̄ ad liguā. dn̄t
eīn v̄ba bñ p̄pōderari añq̄ effūdāt
⁊ pōdeata dn̄t ēcūcidi ⁊ ēcīcīſa de
bēt decēto mō pferri Jō ecc̄. xxi° dr̄
V̄ba prudētiū ſtatēa pōdēabūt. Itē
xxviii° Verbis tuis facite ſtate
rā. ꝓpterea ñ dēt hō eē p̄ceps ad lo
quēdū q̄ talis ñ bñ deliberat. Vñ
ps̄ cuidā exprobrādo dr̄ dilexiſti
ōnia v̄ba p̄cipitatōis ligua doloſa.
ꝓpterea deſtruet te deus ī finē. Sic
vulgarit̄ dr̄. q̄ hō dēt hr̄e guttur
gruis q̄ ē auis hñs collū lōgū. i. ñ
dēt ſubito pferre v̄ba ſ; ea bñ exaī
nare ac ſi tēſeāt p lōgū collū p̄uſ/
q̄ ptingāt ad os. Quartū r̄mediū
ē refrenatio ligue ⁊ aſſuefactio ta
cēdi ut conetur raro uł pauca loq̄
Vñ ecc̄s v° dr̄. Ne temere q̄d loq̄/
ris neq; cor tuū ſit velox ad pferē
dū ſ°nē corā dño deus eīn in celo
⁊ tu ſup terrā Jdēco ſit pauci ſmo
nes tui Et ecc̄. xxviii° dr̄. Ori tu
o facito hoſtia Jſtud ē ponere cul
trū in guttere tuo .i. v̄ba ocioſa et
inutilia p̄cidere. Vñ pū. xxiii° ſta
tue cultrū in gutture tuo ſi tñ ha/
bes ptātē in aīaz tuā. Quītū re/
mediū ē vitatio gule ſcz cōmeſſa/
tōis et ebrietate. Nā guloſitas lax
at liguā ad loquēdū et obtōdit ra
tōnē ne bñ diſcernat q̄d dicat ā q̄d
inde ſequi poſſit ſ; ſit hō incōſidera
tꝰ ⁊ habūdās in v̄b. Sic baltha
ſar rex babilōis et qui cū eo erāt ī
cōuiuio laudabāt ydola q̄ſi ī cōtu/
meliā dei celi. ut dr̄ da. v° Et diues
epulo cruciabatur ī ligua ꝓpt loq̄

citatē ut dr̄ grḡꝰ ī ome Vñ it̄ filias
gule młtiloqū cōnueāt ut dr̄ ī cō
pēdio theologie. Sextū remediū ē
cōſideratō młtorū malorū ex mala li
gua pueiētiū de q̄bꝫ ſup̄ dc̄ūz ē q̄to
eīn q̄s magis cōſiderat et pōderat
picula alterius rei uł actiōis tāto
magis eā trepidat acceptare Cōſi
deret g̊ hō illd̄ pū. xiii° Qui īmode
ratꝰ ē ad loquēdū ſentiet mala et
illd̄ pū. x° Jn młtiloq̄o non deerit
peccatum. Et illd̄ pſalmiſte Vir li
guoſus non dirigetur ī terra Et
per oppoſitū poteſt homo de ſilēti o
conſiderare bona que prouenīunt
ex ſilentio vel ex refrenatione lin/
gue dicit̄ enim yſaye xxxii° Cul/
tus iuſticie ſilentiū Cuius eciā di/
cit catho Nam nulli tacuiſſe nocet
nocet eſſe locutum. Cui cōſonat ā
broſius libro de officiis dicēs. Ego
plures vidi pcc̄ūz loquēdo incidiſ/
ſe vix quēq̄ tacēdo Quia g̊ mors
et vita ſunt in manibꝫ ligue ut dr̄
pū. xiii° Et q̄ ex verbis tuis iuſ/
tificaberis et ex verbis tuis cōdēp
naberis ut dr̄ mathei xii°. Jdcirco
lingua refrenāda eſt ne verbis ſu
pereffluat. Nam diſcreta taciturni
tas quietē generat intꝰ et ext̄. mē
tem letificat. ad contēplādū homi
nem leuat. ad diligendū accendit.
ad bene agēdū monet ad patiēdū
ꝓpt̄ iuſticiā corroborat deoq; pla/
cet ⁊ ab eo facilit̄ īpet̄t. De hoc in
libro de apibꝫ tale ponit̄. Exēplū
Quidam monachus ordinis ſanc
ti benedicti xvi. annis tenuit ſilen
tium in quodā monaſterio braban
tie cum autem in eodē monaſterio

ğuiſſimū īcēdiū ğſſaret et hūanū
auxilium deeēt Jlle mōchus dixit
Stes ignis hac hora flāma cōqui
eſcas Mox ȝ ignis ſtetit flāma ex
tincta fuit · Ex^m Sed et de ſcdo
pho legit' ꝙ cū ſex locutus fuiſſz·
et ex hoc mater eius p̄ pudore mo
reret' ſibi legē impoſuit ut nūꝗ̄ lo
ꝗ̄retur· Quā ſcz legē vſqȝ ad mor
tē ſuauit· Nā adano impatori eum
ſalutanti michil rūd' Et cum nec
vbis pſuaſoriȷs nec minis nec iuſ
ſionibus a dicto īpatore induci poſ
ſet ad loquendū· iratus imprator
precepit ut aut loꝗ̄retur aut decol
laretur· Occulte tn̄ dix' ſpiculato
ri ꝙ ſi tīore mortꝫ loꝗ̄retur decolla
ret eū· ſimantē reduceret eū ad ſe
Cūqȝ ſpiculator ēſem leuaſſet dix'
O ſcde ꝗ̄re morieris loꝗ̄re ⁊ viues
Jlle vero vitā puipēdens ceruicem
extēdit et ictum gladiȷ expectauit
Quē ſpiculator ad īparatorē redu
cēs dixit eū uſqȝ ad mortē ſilentiū
tenuiſſe Refrenes igitur linguā
noſtrā a malis et nociuis ne phs
iſte adducatur contra nos in teſti
moniū et ad cumulū dampnatōis
quā a nobis auītat filiꝰ dei bene
dictus in ſecula · AMEN ·

Sermo ꝗ̄drageſimuſquītus ·

Tercius ğdꝰ deſcēdēdi ad
īfernū ī ſcala pctōrū ē
opatō mala a ꝗ̄ petimꝰ
liberari qn̄ dicimꝰ ſꝫ libea
nos a malo ⁊ h̄ merito ī tcio pōit'
loco . Nā licz cogitatō mala ſ' ğuis·
et locutō ğuior: opatō tn̄ ceteris pa
ribꝫ ē ğuiſſia eo ꝙ p eā mala volū
tas ē cōſūmata· ſicqȝ ex radice ma
la pcedꝫ fructus peior Eſt enim o
peratio grauior et peior ī reb3 malꝫ
ꝙ̄ locutō qꝛ ꝗ locutꝰ ē malū facere
poteſt ymmo tenetur illud dimit
tere ⁊ opere non implere etiā ſi p
miſiſſet aut iuramento formaſſet
ſe facturum· Sic dauid quando ira
tus iurauerat ſe occiſurum nabel
et deſtructurum omnia que ipſius
erant in ſe reuerſus non fecit ope
re qd mente conceperat et ſermo
ne ac iuramento firmauerat· nec
tamē legitur vnqꝫ doluiſſe ſꝫ ma
gis deū laudaſſe de h̄ ꝙ ſuū iura
mētū nō īpleuit ut patz ſatꝫ iº rḡ.
xxvº · Vnde qui malum iurat pec
cat et ſi opere perficit qd iurauit i
terum peccat dupliciter igitur pec
cat ſcilicet quia male iurat et ma
le operatur· et nec iuramentū excu
ſat opus nec opus iuramētū· Qui
vero non implet qd male iurauit ſo
lū habet penitere de iuramēto Jdē
co n̄ excuſat' herodes ꝗ puelle ſal
tāti temere pmiſit cū iuramento.
et īpſe qd iurauerat implet'· n̄ em p
miſſio ꝟ iuramētū cogit ad malū a
gendū Alias ꝗlibet volēs malum
agere poſſet premittere iuramētū·
et ſic pretendere excuſationē operis
ſui mali Vide ſi placet de hac ma
teria latiꝰ in quarto ſentenciarū
diſtinctōe vltima Et in ſmone bt̄i
auguſtini de decollatione beati . io.
baptiſte ac in omeliȷs beati ieromi
ni ⁊ bede ſuper euangelio de decol
latione · Et nota ꝙ ſicut nullus
obligatur pmiſſiōe uꝫ iuramēto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

malū agere· ſic nullus obligat᷑ ꝟ
dimittere vel omittere/ qꝺ direcͤ po/
teſt ſibi eē cū ſalutis· Nam ſi qͤs in
raret nūq̄ꝫ bene agere/ ā deo ꝑuire/ ā
pīiam agere/ nō ꝓpter hoc eēt ob/
ligatus illa nō facere· Exēᵐ· Sic
legit᷑ de ſcō Hugone licomēſi epō in
legēda ſua/ ꝙ cū dyaconus eēt ī q̄
dam monaſterio regulariū/ ſub ma
nu cuiuſdam ꝑoris ipſū miro affcū
diligentis/ et audiret magnam fa/
mam ſanctitate carthuſiētium pe/
tijt dcūꝫ ꝑorē ut aſſumpto eo car
thuſiā viſitaret· Quo cū veniſſꝫ/ et
vidiſſꝫ ſanctā cōuſationē ſeruorū
dei/ totus īmutatus et īflāmatus/
cordiali affcū deſiderabat ⁊ aſpira
bat ad illam cōuerſationem/ Sꝫ cū
prior ſuus regreſſus ad ſuū monaſ
terium vidiſſet eum ſic īmutatum/
valde doluit/ et īſtātiſſime petijt ut
ſibi promitteret ꝙ eo viuēte car/
thuſiā non adiret· Ipſe vero dolore
ac petitione prioris motꝰ/ data ma
nu promiſit qꝺ exigebat/ quo fac
to/ ſcūs Hugo doluit valde ſe ſic ꝓ/
miſiſſe/ et creſcēte in ipſo flāma cō
uerſatōis deſiderate/ ꝑplexus val/
de quid ageret/ rogat᷑ dnm/ ut ſciēt
quid ſalubrius eēt ſibi faciendum·
Et ecce illuxit ſibi radius diſcretō
nis· Ac ſi qͤs ei intꝰ dixiſſꝫ/ n̄ tene
ris ſeruare ꝓmiſſum ꝯᷓ ſalutē ex/
actū· Vn̄ cōfortatꝰ clā diſceſſit/ car
thuſiā venit/ cum gaudio receptꝰ ⁊
indutus fuit· Et īterrogatꝰ poſtea
an de violatōe illiꝰ ꝓmiſſiōis do/
lorē aut ſcrupulū conſcieᷓ habue/
rit· Reſpōdit/ ſe nūq̄ꝫ inde dolorē/ ꝟ
gaudiū habuiſſe· vn̄ tātū ꝑfectum

ſalutē accepiſſet· Ubꝰ nō inutilr̄
premiſſis/ videdū eſt de opatiōe ma
la que merito fugienda eſt/ eo ꝙ de
o diſplicet/ Propt̄ quod deꝰ cū in/
dignatōe malos oparios a ſe repel
lit dicens/ nūq̄ꝫ noui vos· diſcedite
a me omnes q̄ operamini iniquita
tē. Mt vijᵒ· Nec mirum/ quia cōfi/
tentur ſe noſſe deum· factis autem
negāt/ ut dr̄ ad titum iᵒ/ De tali/
bus dᵗ pſalmiſta/ Da illis ꝟᵐ opa
eorū/ et ꝟᵐ nequiciam adīuentōm
ipſorū· ꝟᵐ opa manuū eorū tbue il
lis· redde retbutōem ipſorū ipſis.
Qm̄ n̄ intellexerūt opa dm̄/ et in o
pera manuū eius deſtrues illos· et
n̄ edificab eos/ Poſſumꝰ aūt q̄tuor
cās alias ꝯſiderare/ ꝓpt̄ q̄s malū o
pꝰ ē fugiēdū/ Prima cā ē/ qꝛ ꝯue ē
et amaritudinē inducit· Nā licet fa
cile ⁊ dulce uideat᷑ ī ꝑmo aggꝛeſſu·
tn̄ in ꝓgꝛeſſu cōtinue magis et ma
gis ꝯuat et amareſcit/ et trahit ad
finē amariſſimū In figura huius
dr̄ exo. ᵒ ſic Oderāt filios iſrl̄ e/
giptij et affligebāt/ illudētes eis/ at
qꝫ ad amaritudinē ꝓducebāt uitā
eorū/ opibꝫ duris luti ⁊ lateris/ Ad
ꝓpoſitū/ p egiptios/ intelligūtur de
mones/ quibus preeſt ille pharao
ſcilicet lucifer/ qui eſt rex ſup oēs
filios ſuperbie Egiptius quippe ī/
terpretatur tenebroſus/ Per filios
vero iſrahel/ intelliguntur fideles.
qui deum per fidem agnoſcunt/ De
mones ergo odiūt fideles odio peſ
ſimo/ quia q̄runt eos mortificare.
morte dampnatōis· Iō pſalmiſta
dicit Odio iniquo oderunt me/· Et
demones affligūt fideles/ illudētes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

eis id eſt doloſe deridẽtes Promit/
tũt em̃ delectationẽ/ et ſoluũt afflic
tionẽ/ et ad amaritudinẽ perducũt
vitã eorum/ ſcʒ poſtꝗ̃ peccatũ cõmi
ſerũt Vñ ie. ijᵒ dr̃ Scito et vide/ qꝛ
malum et amarũ ẽ te reliquiſſe do
minum deũ tuum/ et nõ eſſe timo/
rẽ eius apud te/ Sequitur/ i opibꝫ
duris/ qꝛ pccũm eſt opus durũ et ꝗ̃
ue in tm̃/ ꝙ pccõr q̃nqꝫ maiore labo
re ⁊ difficultate ſeruit dyabolo ꝗ̃
bonus hõ deo · Exᵐ· Sic ꝗ̃ nomi
quoſdam raptores qui tẽpore hye/
mali rapinam exercẽtes/ cũ propꝭ
inclementiam aeris/ eſſent multũ
indiſpoſiti et corporalr̃ afflicti/ dix
erũt/ ꝙ maiori difficultate et g̃ui/
oribus laboribus pertingerent ad
dampnationem/ ꝗ̃ religioſi ad rg
num celorum· Verum dixerunt/ ge
mentes de miſero ſtatu ſuo/ ſ; heu
vitam non emendantes/ Idcirco/
dampnati cõgrũtur in inferno/ di/
cẽtes illud ſapiẽ. vᵒ/ Laſſati ſumꝰ
in via iniquitate et ꝑditionis/ ãbu
lauimꝰ vias difficiles· Per oppo
ſitũ vero bonũ opus facile et dulce
eſt Nec mirũ/ qꝛ ibi deus ẽ adiutor
in oꝑando Vñ ad phil. iᵒ dicitur.
Qui cepit in vobis opus bonũ ꝑfi
ciet Itẽ ijᵒ/ Deus eſt qui oꝑatur i
vobis/ et velle/ et perficere/ ꝓ bona
voluñtate· Iõ yſaye xxviᵒ dr̃ Om/
nia em̃ oꝑa nr̃a ſcʒ bona/ operatus
eſt nobis/ Hãc facilitatem bñ oꝑã
di dominus oſtendit dicens Iugũ
meum ſuaue eſt/ et onus meũ leue
Mt xiᵒ/ Ipſe nãqꝫ inuitat nos ad
ambulãdũ et ducit nos/ ponit nos
ad oꝑandum et ipſe cooꝑatur/ im/
ponit onus ſuꝑ nos/ et ipſũ portat.
Bene igitur dr̃/ iª iohãnis quĩto.
Mãdata eius grauia ñ ſũt· ¶ Se
cũda cauſa fugiendi malũ opus/ ẽ.
ꝙ ipſum eſt vile ⁊ immundũ· Vnde
i auctoritate ſuperius allegata dr̃·
in operibus duris luti et lateris· Iõ
ieremye ijᵒ/ per increpationẽ dicitur
anime peccatrici Qm̃ vilis fcã es
nimis/ Et ei cõgruit illud ſapiẽtie
ꝑ vᵒ/ Luto vilior facta eſt vita eius
Et quia peccatum eſt imundũ/ iõ
maculat animã· Sicut voce domini
ca dicitur yſaye ijᵒ Maculata es i
iq̃tate tua corã me· Nec mirũ/ ſi pec
catũ eſt imũdũ et maculat/ qꝛ ipſũ
eſt quaſi ſputũ dyaboli Ipſe nãqꝫ
cũ ſit totus inquinatus et imundꝰ/
pccũʒ quaſi quãdã imũdiciã ex ſe
proicit vel emittit/ qñ ſuggerit hõi
ut peccet/ Homo vero maculatur/ qñ
ei cõſentit/ et hoc oꝑe ꝑficit qđ dya
bolus ei ſuggeſſit/ Hinc ẽ/ ꝙ pccõr
fetet/ nõ ſolum corã deo ſed coram
ãgelis et ſcĩs eius · Exᵐ/ Nõ pʒ
in exemplo/ quod legitur in vitaſ/
patrum/ viʒ ꝙ quidam ſenex am/
bulauit ꝑ viam/ comitãte angelo.
in ſpecie humana Et cũ iueniſſent
q̃ddã cadauer putridũ i via/ ſenex
ille obſtruxit nares/ ſed angelꝰ nõ
obſtruxit· Poſtea obuiauit eis q̃/
dam iuuenis decorus et ornatus/ et
tũc angelus obſtruxit nares ſuas
Interrogatus aũt angelus a ſene
de hoc mirãte· Reſpõdit/ ꝙ illud ca
dauer nõ fetebat coram eo / in q̃ nl̃
lum malũ erat/ ſed ille iuuenis/ qꝛ
pccõr erat/ idcirco fetebat coram eo
Nec mirum/ ſi angelus talẽ fetorẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ſenſit cū de ſac̄ v̄gine kathꝛīa de
ſenis dicat᷑ ī legēda ſua ꝙ q̄dā vi
ce loq̄bat᷑ cū ea et magnā honeſta
tē foꝛis tā ī actibꝫ q̄ ī veſtibꝫ oñde
bat Sed kathꝛīa ſp ab ea faciē a
v̄tit·ſic ꝙ illa mulier faciē eius ex
oppoſito videre nō potuit Qd cū ꝯ
feſſoꝛ dicte v̄ginis q̄ pñs erat vi/
dens et ām̄iraretur iq̄ſiuit diligē
ter de cōuerſatōne dicte mulieris
et cōpit ipſam fuiſſe cōcubinā cu/
iuſdā prelati Et cū h̄ poſtmodū ei
de·v̄gini diceret ipſa r̄ndit Si vos
ſenſiſſetis fetorē q̄ ego ſenſi dū lo
q̄batur michi vos vomitū feciſſetis
Per oppoitū opꝰ boꝫ ē honeſtū et
glorioſū·nā p ipſū ſuitur deo cui ſ
uire regnare ē Vñ ſancta agatha
bene dixit·Sūma genuitas ī xp̄i
ſuitute cōprobatur·Jō pu̇.vi° de
forti muliere dr̄·laudāt eā ī portis
opa eius Et ecā xiiii dr̄·Omne o
pus electū iuſtificabit᷑ ꝛ q̄ opatur
illd̄ hōrabitur ī illo·Et ad ro·ii°
dr̄ Gloria honoꝛ et pax ōni opāti
bonū·Opus ſ̄ boꝫ ornat aīaꝫ ꝛ re
dolet corā deo et ſc̄os eiꝰ ut de ipſa
poſſit dici illd̄ cañ.iiii° Odoꝛ veſti
mtorū tuorū ſicut odoꝛ thuris·❡
·Tercia cā fugiēdi opꝰ malū ē ꝙ ip
ſū ē iutile et infructuoſū·Vñ de ma
le opantibꝫ dr̄ ſap.iii° Vacua eſt
ſpes illorū et laboꝛes ſine fructu
Et pſa.lix° dr̄ Telas aranee tex
uerūt ꝛ ſeq̄tur pꝰ opa eorū opa ī
utilia Et ie.li° dr̄·Vana ſūt opa eo
rum et riſu digna·Jdeo bene conſu
lit apoſtolus ad eph̄ v° dicens·no
lite cōicare infructuoſis operibus
tenebrarum·❡Exꝫ hāc infructu
oſitatē opm malorum habuit bar
laam pre oculis de quo legitur ī le
gēda eius et ioſaphat ꝙ ioſaphat
filius regis in die iṫrogauit eū di
cens·dic m̄ pater quot ānos habes
At ille Annorū ſū xlv Ad quē Jo
ſaphat ait·Amplius michi appares
quā lxx annorū·Et ille Si a nati
uitate mea annos vis dicere bene
eſtimaſti Sed nullomodo a me in
menſura vite āni ſunt qui in vani
tate mūdi expenſi ſunt·Tūc em̄ in
īteriori homine mortuꝰ erā ꝛ ānos
morte nūq̄ vite noīnabo ſcḋm hunc
ſcḋm.dr̄ i° re.xiii ꝙ ſaul duobus ā
nis regnauerit de q̄ tn̄ dr̄ ī hiſtoria
ſcolaſtica ꝙ circa xx annos regna
uerit ſcꝫ a die vnctōnis vſq; ad di
em morte ſue Sed ſolum duobus
annis regnaſſe dicitur ſcꝫ quibus
bonus fuit et obediēs deo ſed aliis
ānis plus tyrānizaſſe dr̄ q̄ regnaſ
ſe dici poteſt Per oppoſitum vero
opꝰ bonū fructuoſū ē ꝛ vtile q2 per
ipſū ad ſalutē ꝑtīgitur·Jō ad ph̄.
ii° dr̄ Cū metu ꝛ timoꝛe et tremoꝛe
ſalutē veſtram operamini ſcꝫ bonū
operando Et pūbioꝝ xii° dr̄ Qui
opatur terrā ſuā ſaturabitur pai
bus Jtē xiiii° Jn ōni tēpore bono
habūdantia Et ecā.xx° dr̄ Qui o
peratur terrā ſuā ialtabit aceruū
frugū ❡Quarta cā fugiēdi malū
opus ē ꝙ ipſū ē ſine q̄ete quā tn̄
naturalit̄ homo deſiderat·Tollit
em̄ opꝰ malū quietē ab anima et
eā q̄ſcere nō pmittit et trahit in
hac vita de malo in peius Et poſt
hanc vitā trahit ad penā Jn hac
vita n̄ habꝫ peccatoꝛ q̄etē a malo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

culpe/ et in vita futura non habe-
bit quietem a malo pene· Hic ñ ceſ
ſat malum agere/ et ibi nõ ceſſab^t
malũ ſuſtinere Ideo iere. xvi^o dr̃.
Seruiete dñs alienis die ac nocte/
qui nõ dabunt vobis requiem· Et
pſalmiſta dicit Et laborabit in et
nũ ſcz agendo vel patiendo/ et viuet
adhuc in finem De miſero/ q̃ ſiue
agendo ſiue patiẽdo letificat demo
nes/ et ſeruit eis/ et nunq̃ quieſcit
Vñ cũ dyabolus nũq̃ q̃eſcat a ma
lo quãtũ in ipſo ẽ/ ſic et ſuos q̃s ad
pccm̃ trahit nunq̃ q̃eſcere pmit
tit/ qr̃ p̃ter h̃ qd̃ remorſu conſcien^e
intus amaritudinẽ habent/ nec ĩ deo
nec in ſeipſis/ nec ĩ aliis creaturis
quietẽ habent/ eciã eos ĩpugnat ꝛ
ĩfeſtat et ad priora ꝓuocat· Nec ali
quis ſibi fiduciã aut ſecuritatẽ ꝓ
mittit/ q̃ diu ſic ab hoſte ſuo vexat^r
Nã et cedri libani/ cõtinuis ictibꝫ de
iciuntur Propter quod augꝰ. dicit
ꝙ nouerit illos cecidiſſe/ de q̃bꝫ mi-
nus putaſſet q̃ de ambro. et iero.
¶De hoc/ in libro q̃ dr̃ paradiſus he-
raclidis/ tale ponit· ¶Exemplũ·
Erat quidã monachus ptholome
us noĩe/ qui xv. annis in maximo
vixit rigore Cui tamẽ dyabolus ĩ
miſit/ nullã eſſẽ ꝓuidẽtiã dei/ ꝫ oĩa
ſuis motibus ferri/· et ſic dubitare
cepit de mercede futura· Qui tãdẽ a
dyabolo ſupatus/ deſertũ deſeruit/ ꝛ
in publicũ ꝓcedẽs/ voracitati ꝛ eb
rietati ſe totũ cõmiſit/· Et fcũs fuit
miſerãdũ ſpectaculũ xp̃ianorũ/ ridi
diculũ paganorũ/ offendiculum dei/
inſtrumẽtum dyaboli/ et cibꝫ ignis
inferni· ¶Per oppoſitum/ opus bo-
num breue eſt/ et terminabitur ad
quietẽ ſine termino· Vñ apo. xiiii^o
de bene opãtibꝫ dr̃· Amõ iã d^r ſpũs
ut r̃quieſcãt a laboribus ſuis/ opa
em̃ illorum ſequũtur illos/ ſcz ñ ad
laborẽ habendũ/ ſed mercedẽ recipi
ẽdã· Sic ecc̃i. vl^o dr̃/ Videte ocul
vr̃is qr̃ modicũ laboraui/ et inueni
michi requiẽ multã/ Idcirco/ b^{tus} dic
tũ iero. Nullum tempus longũ/ nul
lus labor durus videri dẽt/ q̃ eterni
tate gl'a acquiritur/· vbi ſcz eſt per
fecta et ꝑpetua requies· Quam no
bis cõcedat miſericors deus/ bñdic-
tus in ſecula· A M E N·

Sermo q̃dragesimusſextus

Quartus gradꝰ in ſcala
peccatorum/ qua ad ĩfer
num deſcenditur/ eſt ma
la conſuetudo/ que ex o
peratione ſequitur/ per hoc ꝙ vnũ
peccatum ſemel commiſſum/ trah^t
ad aliud ſimile perpetrandum· Et
hec grauior eſt/ q̃ ſimplex operatõ
Ipſa nãqꝫ non fit ñ ex operatione
frequenter iterata/ Sunt autẽ mul
ta mala/ in mala conſuetudine/ ꝓp
ter que merito debemꝰ petere et di
cere Libera nos a malo/ ſcz cõſuetu
dinis ¶Primũ eſt/ corruptio nature.
et mala inclinatio eius· Ipſa nãqꝫ
cõſuetudo/ ſic ĩclinat naturã/ ut na
tura deficiat et cõſuetudo p̃ualeat
Ideo ariſtotiles ii^o ethicorum dicit
Conſuetudo/ eſt quaſi altera natu
ra Et auguſtinus libro de muſica
dicit Conſuetudo/ quaſi ſecunda fa
bricata eſt natura Hinc eſt/ ꝙ vix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

poteſt homo etiam cũ magna diffi
cultate conſueta relinquere. Unde
ſeneca i q̃dã epl̃a dicit. Grauiſſi
mũ eſt imperiũ cõſuetudĩs. Et au
g9. ſup p^m dic^t. Vicere cõſuetudĩez
ẽ dura pugna Et yſodor9 lib^o ſo
liloq̃oꝝ d^t. Difficile ẽ pcã cõſuetu
dĩez vincere. puus vſqȝ vix abole
tur aſſidua cõſuetudo. Viciũ ĩ natu
rã cõũtit animꝰ ſceleribꝫ aſtrictus
ut aſſuetꝰ vix ab eis diuelli pt. iõ
pu̇. xxij^o dr̃. Prouⁿbiũ ẽ adoleſcẽs
iuxta viã ſuã eciã cũ ſenuerit nõ
recedet ab ea Et ie^r. xiij^o dicit. Si
mutare pt ethiops pellẽ ſuã ꝛ par
dꝰ varietates ſuas ſic poteritis bñ
facere cũ didiceritis malũ. Ex^m. Vñ
de alexãdro mag^o d^t beda in de tẽ
plo ſalamõis. Greca narrat hiſto
ria alexãdrũ potẽtiſſimũ regẽ orb
ꝫ dñatorẽ et ĩ moribꝫ ꝛ in ĩceſſu ñ
potuiſſe carere viciĩs qbꝫ puulus
fuerat ĩbutꝰ. Cauſã hmõi dic^t ba
ſilius in regula ſua qm̃ ſcȝ mos lõ
go tpe cõfirmatꝰ vim q̃dãmõ ob
tinet nature. Ideo ut idẽ d^t. Nõ p
uus ẽ labor ut ſe aliq̃s a priori nõ bo
na cõſuetudine reflectat ꝛ reuocet
Vñ ꝫ dicit augꝰ. dũ cõſuetudini ñ
reſiſtit^r fit neceſſitas. Vñ cõſueti ĩ
malis qñ dr̃ eis ut dittãt cõſuetu
dinẽ malã ſolẽt dicẽ ñ poſſumꝰ. Scdȝ
malũ ẽ excecatõ rõis ut hõ nõ iudi
cet malũ eẽ malũ ã eẽ tm̃ malũ q̃
tũ ẽ et ſic hõ vult excuſare ſuũ vi
ciũ in toto uł ĩ pte ad excuſãdas
excuſatões in pcãs. qr mẽtit^r iniq̃
tas ſibi. Nõ em̃ cõſuetudo mala mi
nuit vicia q̃ ex cõſuetudĩe fiũt. Si
cut bona cõſuetudo nõ minuit bona

opa q̃ fiũt p cõſuetudinẽ. De hmõi
excecatõe d^t augꝰ. ĩ enchiridion.
Peccata q̃uis magna et horrẽda
cũ in cõſuetudine venerĩt ã pua ã
nulla eẽ credunt^r vſqȝ adeo ut ñ ſo
lũ nõ occultãda verũ eciã predicã
da diffamãdaqȝ videãt^r. Itẽ idẽ in
q̃dã ſmone. Nolite frẽs mei cõtẽp
nere in qbꝫ forte cõſuetudinẽ iã fe
ciſtis. Omne em̃ pccm̃ vileſcit et
fit hoĩ q̃ſi nullũ ſit Vñ nõ vileſcit
hoĩ peccatũ quaſi vile appareat ei
ꝫ q̃ſi nullis ſit reputatõis ã põde
ris. Nã qñ deus diu ſuſtinet et nõ ul
ciſcit^r tũc tãto minꝰ põderatur pec
catũ. Sed tieãt tales qbꝫ tãto grã
orẽ vltõnẽ deus faciet q̃to maiorẽ
patiẽtiã plonga^t ut d^t g̃gꝰ. De q̃
eciã tale. Ex^m. in iiij^o dyalog̃. In
puĩcia valerie q̃dã curialis iuuẽcu
lã in ſabbo paſcali de fonte ſuſcep^t
et ſecũ illa nocte manere voluit ea
demqȝ nocte ĩpudice pdid^t. Qui die
paſche balneo ſe lauãs ad eccleſiã
cũ tiore pceſſit qr pudore ſe abſẽ
tare nõ audebat. Et cũ die illa nul
la ſup eã vltio diuina facta eẽt ſe
cunda die minus timuit. factum ẽ
ut per ſex dies continuos letus ac
ſecurus procederet eſtimans q̃ ſce
lus eius dominus aut non vidiſſet
aut viſum miſericorditer dimiſiſſȝ.
die autem ſeptimo ſubita morte de
functus eſt. Cumqȝ ſepulture tra
ditus fuiſſet per longum tempus
cunctis videntibus de ſepulchro ip
ſius flamma exijt et tam diu oſſa
eius concremauit quouſqȝ omne
ſepulchrum conſumeret. Terci
ũ malũ cõſuetudis ẽ. q̃ cõſuetudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

mala trahit de malo in peius/ quo/
uſqꝫ ducat in finē peſſimū Nam ex
quo excecat peccatorē ut dcūm eſt.
ſeqˀt ꝙ nō pōderādo pccūm cōmiſ/
ſū/ nō multū curat cauere pccūm cō
mittēdū Hoc nāqꝫ gnāle eſt in pec
cato/ ꝙ peccatum cōmiſſum ē ꝑpara
mētū et q̄ſi via ad aliud pccūz cō/
mittēdū· Unde pccā ſibimet q̊dam/
modo cohērēt/ ſicut cathena ex diū
ſis circulis ſeſe cōplectētibus fab/
cata/ Peccatū eñ cōmiſſum ꝛ p cō
ſuetudinē frequenter iteratū/ fāt
hoīez quaſi inclinatū ꝛ ꝓnū adpec
candū/ et excludit diuinū auxilium
qd̊ poſſz hō reſiſtere· paratz dyabo
lo viā/ ut liberum habeat acceſſum
et ingreſſum De huiuſmodi cohe/
rētia pccōꝝ dr̄ ꝑſape v° Ve q̄ tra/
hitis iniq̄tātē in funiculis vanita/
te/ et quaſi vinculū plauſtri pecca/
tum Sup quo dicit gloſa· Merito/
iniquitas ī funiculꝭ vanitatꝭ trahi
tur. q꞉ peccata peccatꝭ connectūtˀ.
Et inania ſūt ut fila aranearū· Sz
ſi exire volumus tāqꝫ filis ſolidiſ/
ſimis tenemur Hec gloſa· ¶ Quar
tū malum eſt/ ꝙ conſuetudo mala
ſepelit hominē in peccatis/ et lapidē
grauem ſupponit ne ſurgere vale/
at · Unde auguſtinus ſup Mattheū
dicit Moles impoſita ſepulcro/ ip
ſa ē vis dura cōſuetudinis qua ꝓ/
mitur aīa/ nec reſurgere nec aſpi
rare pmittitˀ· De h̄ eciā dt gregō.
in mora./ Sepe nōnulli a ꝑuis acti
bꝫ exire cupiūt/ ſed q꞉ eorū pōdere
ꝓmuntur in male cōſuetudinis car
cere a ſemetipſis exire nō pñt Idē
co augꝰ. ī quadam omelia/ loquēs

de ꝭbꝫ mortuis q̊s dñs legitˀ ſuſci/
taſſe/ dt/ ꝙ p lazarū ſepultū ſb la
pide fetētem ꝛ ligatum/ intelligitˀ
pccōr qui peccatū in conſuetudinē
duxit/ Circa quam conſideratiōem
poſſuꝰ quatuor cōſiderare/ de mala
conſuetudine peccādi. et hoc p com
paratōnem ad lazarum/ Primum
ē/ ꝙ talis pccōr ſepultus eſt Nō eñ
ſolū eſt mortuus in domo p conſēſū·
nec ſolum eductus foras p extrīſe
cā opationem/ ſed eciā ſepultus p
inueteratam cō ſu e tudinē malam
Sic anima diuitꝭ epulonis/ que h̄
ſepulta fuit in vicꝭs p conſuetu/
dinem/ pꝰ mortē eciā fuit ſepulta ī
inferno p dampnationē· De hmōi
mortuis dicitˀ Mt. viij° Sequere
me/ et dimitte mortuos ſepelire mor
tuos ſuos· Mortuus enim ſepelit
mortuum. quādo vnus pcōr trahit
aliū ad malā conſuetudinē/ Scdm
eſt/ ꝙ habet lapidem ſuperpoſitum
quia cōſuetudo tāqꝫ grauiſſiā mo
les deprimit hominem/ nec ſinit eū
ſurgere· Hoc ſenſit pſalmiſta dicēs
Quoniam iniquitates mee ſuper/
greſſe ſunt caput meū/ et ſicut onꝰ
graue grauate ſūt ſup me· Ad iſtd̄
onus augendū et aggrauādū/ mit
tit et īducit dyabolus homines/ di
cēs ſicut pharao dixit filijs iſrahel
Ite ad onera vrā/ exo. v° Terciū
eſt/ ꝙ fetet· Nec mirū ē/ q꞉ īmūdꝰ ē
Ipſe nāz p opationē malam ceci/
dit in lutū/ ſed p cōſuetudinē voluit
et reuoluit ſe/ ut nō ſolū ſordeat ſed
et fetet· Ideo de eo poteſt dici/ fe/
tet/ quia quatriduanus eſt/ id ē mꝭ
totiens peccauit· ¶ Quartum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ꝙ habet manus et pedes ligatos ī
ſtitit/ Per ꝯſuetudīeȝe m̄ ligat᷑ hō
peccōr/ ut nec afficiatur ad bonū ne
operetur bonū/ habꝫ enim diabolus
eū cōpeditū et ligatum manibus ⁊
pedibus male cōſuetudinis/ fortiſ/
ſimis ligaturis· ꝓpter qđ apls ſcri
bit ÿª ad th. ÿº/ Reſipiſcant a la
queis diaboli/ a quo captiui tenen
tur ad ipſius voluntatem/ Caue/
at ergo quilibet homo conſuetudi
nem peccandi/ et ſi iam in ea detine
tur/ reſipiſcat et reuertatur ad do/
minū/ qui diſrūpit vincula dyabo/
li/ dūmodo tamen anima non reluc
tetur domino quaſi volens mane/
re ſub laqueo/ Qđ heu multi faciūt·
qui ſcilicet non ſolum ſe ligari per
mittunt/ ſed nec diſſolui volūt· ꝓm
mo per conſuetudinem malam ſe
fortius illigant et illaqueāt/ Sed
īdubitanter/ qui tales ſūt .i. qui cō
ſuetudinē malam dimittere nolūt
ſed fortiter āplectuntur· Primo/
offēdūt deū ḡuit᷑· ſic ꝙ cū magª dif
ficultate placari p̄t Qđ patuit in
figura de lazaro/ vbi mediator noſ
ter ih̄s xp̄s magnā difficultatem
oñdit īſuſcitādo· nā lacrimatus fuit/
oculos ī celū ad prēȝ erex᷑/ et mag
no clamore ipſū euocauit/ quorum
nullum xpriſtus fecit in ſuſcitatio
ne aliorū quos a morte reſuſcitau᷑.
Nec mirū/ quia p cōſuetudinē ma/
lā/ natura quā deus cōdidit corrū/
pitur/ īſpiratio dei contēpnitur/ cō
ſcientie remorſus nō curatur/ et ti
mor dei tollitur· Itē/ nocet ꝓximo/ q̄
eū offēdūt ul᷑ ſcādalizāt/ malū exᵉᵐ
dāt/ publice peccare n̄ erubeſcūt/ et

ſic alios ad peccata trahunt· Itē
valde confortant diabolum/ et tena
citer adherere ſibi faciūt/ difficul/
ter enim diabolus dimittit locum
quē per longam conſuetudinē diu
poſſedit/ domum quā diu inhabita
uit/ et vas quo diu iam vſus eſt ad
ſuum libitum/ In ſignum huius/
diſcipuli non poterant eicere demo
nium/ qđ ab infantia poſſiderat ho
minē· ut dr̄ mar. ixº/ Itē/ ſeipſos ī
abiles faciūt ad purgatōnē a pec/
catis Sicut ferrū diu rubigine cor
roſū/ vix p̄t purgari a rubigīe/ Et
arbor q̄ lōgo tēpore incuruata ē in
creſcendo/ vix poteſt rectificari· Et
īfirmitas īueterata/ vix p̄t curari.
lāguor em̄ prolixior ḡuat medicū/
breuē languorem precidit medicꝰ
ut dicit᷑ ecci. xº· Jō ibidē bñ cōſuli/
tur Ante lāguorē adhibe medici/
nā/ Si q̄ s tñ ī malā ꝯſuetudinē de
uenit/ nō deſpet/ ꝫ petat dñm dicēs
libera me a malo· Nā ſicut dñs la/
zarū ſepultū ſuſcitauit corpaliter·
ſic p̄t et ipſū hoīem ſuſcitare ſpūa/
lit᷑ Vñ eze. xxxvijº/ Voce dnīca dr̄
Aperiā tumulos veſtros/ et educā
vos de ſepulcris veſtris/ et ſcietis.
quia ego dominus/ cū aperuero ſe/
pulc̈ vrā/ et eduxero vos de tumul᷑
vris ꝑpłs meus/ dedero ſpm̄ meum
in vob̄ ⁊ vixeritis· Que vba/ licet
ad litterā poſſūt intelligi de gene/
rali corporum reſuſcitatione/ tamē
cōueni enter de ſpirituali aīarū re
ſuſcitatōe intelligunt᷑/ q̄ ſepulte fu
erūt ſub lapide ꝯſuetudinis/ Nec ſo
lū dʒ homo petere dñm ut liberet e
ū/ ſed eciam reluctari conſuetudini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

male vñ aug9. in quodam ſmone
vbi docet cauere cõſuetudinẽ iurã
di/dicit/laborare debere et cõfligere
re aduerſus cõſuetudinẽ vr̃am ma
lam/Malã/malã/et valde malam·
et tollere iurationem de oribus veſ
tris//Et ipſe ponit exemplũ de ſe/
ipſo dicẽs Scio graue eſſe cõſuetu
dini vr̃e/ſed et graue fuit cõſuetu/
dini nr̃e Timendo deũ/abſtulimus
iurationẽ de ore nr̃o//Ecce vobiſcũ
viuimus/quis nos aliqñ audiuit iu
rãtem· Nũquid dñõ cõſueuerã ali
quãdo iurare//at vbi legi/timui
et luctatus ſũ cõtra conſuetudinẽ
meã·In ipſa luctatõe inuocaui do/
minũ adiutorẽ·Preſtitit m̃ dñs ad
iutoriũ ñ iurãdi/nichil m̃ facilius eſt
q̃ nõ iurare Hec aug9·//Ex^m/De
mala ↄſuetudie q̃ piculoſa ꝫ ↄ̃uis
ſit in monaſteriis/btũs cirill9 ihe
roſolimorũ ep̃s/ſcribit i q̃dam ep̃la
ad btũm aug^m. dicẽs//q̃ apd ſupi
orẽ thebaydẽ/fuit q̃ddam monaſte
riũ monialiũ cõtinue recluſarũ· in
quo erãt pene ducẽte dñe honeſte
religionis/et multarũ virtutũ/hoc
ſolũ excepto q̃ iſtruẽte dyabolo h̃
ibidẽ ſeruabat abuſio/ut nlla i mo
nialẽ reciperẽt niſi certa ſũma pecu
nie ſecũ iret·Erat autem inter eas
vna etate grãdeua/deo deuote ſerui
ens/que ſola hoc viciũ abhorrebat
Quadam igitur nocte ſanctus Je/
ronimus apparuit ei orãti/p̃cipiẽs·
ut cõuocatis abbatiſſa ac monia/
libus diceret eis/q̃ ab inueterato
vicio ceſſarẽt/alias diuinã vltionẽ
cito expectarẽt·Que ſũmo dilucu/
lo pulſans tintinabulũ oẽs fecit in

capitulo conuenire·et ſurgens ea
q̃ viderat et audierat omnibus pate
fecit·Statim moniales eã cũ irri/
ſione clamabant fatuam/et h̃ ebri
etate nimia ſompniaſſe/Deĩde trãſ
actis x. diebus/iterũ btũs Jeroni/
mus dc̃e moniali apparuit ut prius/
et dicẽs ſe ieronimum eẽ/ſed cũ pul
ſata nola cõuentus conueniſſz/et
illa ſurgeret/añq̃ verba inciperet õ
nes cũ cachinnatõe magna receſſe
rũt//Deĩde iterũ poſt tres dies btũs
iero. eidẽ apparuit/p̃cipiẽs/ut rece
deret de monaſterio Jpſa tamẽ pe/
tẽte p̃miſit btũs ieroni. ut adhuc
conuẽtui diceret ut prius/et ſtatim
diſcederet·Qd cum illa facere vel/
let/et conuẽtũ conuocaſſz ut prius/
abbatiſſa irata p̃cepit eã de monaſ
terio expelli·et ſi vellet deſiſtere ab
incepte recipet·Cũ igitur dc̃a mo/
nialis dolẽs et flens monaſterium
exiſſet/ꝫ vix limẽ hoſtii tranſiſſet/
totũ illud monaſteriũ ſubito corru
it et omnes moniales oppſſit//Abi
ciamus igit malã conſuetudinẽ/ ne
diuina mĩa nos peccãtes diu tole/
rans grauem vltionem ſiue in p̃n
ti ſiue in futuro nobis inferat·Ad
iuuãte nos ſaluatore nr̃o ihũ xp̃o
qui eſt bñdc̃us in ſecula AMEN·

Sermo q̄dragesimusſeptim9

Quintus grad9/in ſcala
pccõrũ qua deſcenditur
in infernũ/eſt ĩduratio
ſiue obſtinatio/q̃ ẽ vnũ
de pccĩs in ſpiritũ ſanctum/quia bo
nitati diuine reſiſtit et repugnat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

Hec induratõ vel obſtinatio freq̄n
ter ḡnatur ex mala cõſuetudīe· Nā
qui p malā conſuetudinem inuete
ratus eſt malo / ſic induratur / ꝙ ſi
ne nimis ſine blandiciꝭs tāgat᷑ ut
ſe emendet / ñ magis cedit ꝙ̄ lapis
cedit digito· Unde increpationes ñ
admittit / minis nõ monetur / vin-
dictam non timet / promiſſiones bo
norum preſentium vel futurorum
contempnit / Ab iſto malo debem9
quotidie petere liberationem / ne ſci
licet induceremur in malo / aut ſi ī
durati ſum9 de9 emolliat cor nr̄m
Sūt autē quatuor mala / q̄ obſti
natio vel īduratõ fāt hōi / Primū ē
ꝙ hoīem facit eſſe dyabolicū / dya-
bolus eñi in ſua malicia ſic obſti-
natus ē / ꝙ nec vult nec pt̄ inflecti
ł molliri ā īmutari Vñ de ipſo vo-
ce dñica dr̄· Cor eius indurabitur
quaſi lapis / et ſtringet᷑ quaſi mal
leatoris incus· iob xl° Et bñ cõpa
rat᷑ lapidi et incudi / q᷑ lapis ñ pt̄
molliri vł liqfieri / ſic nec dyabolus
vult molliri p penitētiam ſine do-
lorem de pccīs ſuis· Incus et quā-
tūcūqꝫ feriatur ñ molleſcit / ꝫ ma-
gis cõſtringit᷑· Sic dyabol9 q̄uis
grauiſſimas penas tolerat nõ ta-
men ceſſat / ſed magis īardeſcit pec
care· Unde ibidem ſubditur / quaſi
ſtipulam eſtimabit malleum· Ac
ſi dicatur Non plus poteſt malle9
penarum in ipſo agere / ad emenda
tionem / ꝙ̄ ſtipula in lapide vel fer
ro / Caueat igitur homo hoc pecca
tum dyabolicum / ne ſecum cõdēp-
netur· Secundum malum eſt / ꝙ
facit hominē reſiſtere ſpiritui ſanc
to / qui ſua dulci inſpiratione homi
nem vult moueri a malo ad bonū
Idcirco beatus ſtephanus p incre
pationem dixit iudeis / Dura ceruice
et incircuncīſis cordibꝫ et auribus
Vos ſemp ſpiritui ſancto reſtitiſtꝭ·
ut dicitur actuū vij° Et intelligū
t᷑ hec et ſimilia verba / nõ de duricia
ceruicis corporalis / ſed interioris.
Sic per duram ceruicē ītelligitur
inflexibilis et indurata voluntas
· Tercium malum eſt / ꝙ facit ho
minē dei mādata contēpnere / deoqꝫ
rebellem et inobedientē eē Vñ ie.
xix° dicitur / · Indurauerūt ceruicē
ſuā / et nõ audiuerūt ſermones me
os· Et iiij° regū xvij° dicit᷑· Indu-
rauerunt ceruicem ſuā / iux̄ ceruicē
patrū ſuorū / qui noluerunt obedire
dño deo ſuo· Idcc̄o dñs dixit moyſi
Cerno / ꝙ ppl̄s iſte dure ceruicis ſit
exodi xxxij° / Et hoc idcirco / q᷑ no
luerunt obedire domino Et p yſa.
dicit· Audite me duro corde / qui lō-
ge eſtis a iuſticia yſaye xlvi° Au
dite me / ſcilicet precepta mea reci-
piendo / et ea pficiendo / Sꝫ quia nõ
audierunt / ideo p eundem ꝓphetam
dicitur Durus es tu / et neru9 fer
reus ceruix tua / et frons tua erea·
transgreſſorem de ventre vocaui te /
yſaye xlviij°· Quartū malum ē /
ꝙ obſtinatio ad malū finē perduc᷑
Scriptū ē eñi / ꝓuerbiorū xxviij°.
Qui mente eſt dure / corruet in ma
lū Et ecc̄i. iij° / Cor durū male hē-
bit in nouiſſīo Nā ꝑm duriciā cord /
erūt tormēta dura · Iſtis malis
cõſideratis / fugias obſtinatõez tāꝙ̄
dyabolicum venenum / et ꝯſiderem9

patientiã dei noſtri expectante ut
ad eum reuertamur/ne de nobis di
cat/illð ie. ỽº. Indurauerũt facies
ſuas ſup̃ petram/ ꝛ noluerũt reuer
ti. Ideo gg̃9 in quadã omelia/ dul/
citer hortatur nos dicens// Penſa/
te fratres kariſſimi/ quia cõcluſit
dei pietas durciam veſtrã/ non eſt
iam q̃d excuſatõnis homo ĩueniat·
deus deſpicit ꝛ expectat/ cõtempni
ſe videt et reuocat Sed nemo hãc
eius lõganimitatẽ neggligat/ quia
tanto diſtrictiorem in iudicio iuſti
ciã exigit/ q̃to lõgiorẽ patiẽtiã ãte
iudiciũ p̃lõgau. Seq̃t poſt Nã q̃s
diu ut conuertantur tolerat· nõ cõ
uerſos durius dampnat hec gg̃os
// Nec deſperet homo deſperatus/ quia
dominus per ezechielẽ dic Auferã
cor lapideum de carne eorũ ꝛ dabo
eis cor carneum eze. xiº// Sike ƀ in
pſona ſcða dicit eze. xxxviº/ Auſe
rã cor lapideũ de carne veſtra ꝛ da
bo vobis ꝛc./ Potẽs ẽ eñ deus vt a
it beat9 Io. baptiſta/ de lapidibus
ſuſcitare filios abrahe/ ut dr̃ m. mº
ꝛ lu. mº/ Sic ſcũs iob ĩ pſona pccõ
rũ dix/ deus molliuit cor meũ iob
xxmº· // Deus autem quatuor mo
dis mollit cor durum· // Primo ſcz
per incuſſionẽ timoris dñi· vñ gg̃9
dicit/ ꝙ ex diuino munere/ cor molle
dicit/ quia ſuperni iudicij timore pe
netratur· Iõ pẽ petyt dicẽs Confi
ge timore tuo carnes meas/ a iudi
cijs eñ tuis timui De h̃ ĩ libº de a
pibꝫ tale ponit// Exᵐ// In ãglia/ p̃
dicãte quodã bono et ſancto viro/ q̃
dã mulier peccatrix amariſſie cõt
ta/ et timore dei percuſſa/ cum lacri/
mis exclamauit Miſerere mei ſer
ue dei/ audi me miſeram/ et abſolue
a peccatis· Tũc ille ut potuit eam
conpeſcuit/ et vſqꝫ poſt ſermonẽ ex
pectare precepit// Quid plura· iterũ
poſt paululũ cũ clamore ſurrexit/ ꝛ
petijt mox audiri· // Sed cũ ſacðos
ſtatim ſermonem finiendum pro/
mitteret/ illaqꝫ parum quieſceret·
ſurrexit tercio/ et clamans horrifi/
ce cecidit in faciem eius et expira
uit· Turbatus ergo predicator/ ro/
gat õnes cũ lacĩmis orare dominũ/
ut alicui q̃d factum eſſet de anima
peccatricis oſtenderet· Interim ve/
ro idem predicator clauſus in cellu
la per tres dies nec dormiuit/ nec
q̃dꝙ̃ guſtauit· ſed in oratione per
manſit// tercia ergo nocte anima de
functe lucidior ſole apparuit oranti
dicens· Aſſum/ anima ꝓ qua oras·
ab omni pena ſoluta ſum/ nichil reſ
tat niſi ſtatim ad ſuperos euolare
Et cum ille heſitaret/ dix anima
hoc ſignum tibi ꝙ non decipieris/
// Quidam magiſter iohannes/ in p
tibus brabantie ĩ monaſterio de o
gmes leodieñ dyoc/ hac hora obijt·
Et ſicut ĩ vita/ ſemper circa afflic
tos et pauperes pius fu/ ita ꝛ nũc
cum poſt mortem ante locum pur/
gatorij in quo cũ ĩnumerabili mlt
titudĩe detinebat/ eius felix anima
ab angelis deferretur/ et ibidem mlt
tos recognoſceret quorum auctor
ſalute extiterat/ pietate cõmotus
pro eis dominum exorauit· Et ex
auditus eſt/ non tantum pro illis
pro quibꝫ orauerat/ ſed et pro mlt/
tis/ cum quibus et ego pariter libe/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

rata ſum Et hijs dictis / ab oculis
eiꝰ euanuit· Ipſe vero nũcio direc
to / eadẽ die et hora beatũ virũ migraſ
ſe cognouit· ¶ Secũdo mollit cor du
rũ deus / ꝑ aliqđ ſignũ exterius oſ/
tẽſũ· Sic corda ĩfidelĩũ ſaxis duri/
ora / viſis miraculis xp̄i ⁊ diſcipu/
lorũ eiꝰ ac aliorũ ſuorũ dei / molli/
ta fuerũt et conuerſa· ¶ Exm̄· Vnde
et ceſarius ſcribit / ꝙ alardꝰ mona
chus ĩ heſterbach / habebat materte
rã noĩe Juttã / ſatis leuẽ et laſciuã / ꝫ
tamẽ corpe caſtã /· hec cũ q̃dam die
cũ ſororibus luderet / germanꝰ eiꝰ
magne grauitate clericus affuit / do/
lensq̃ de leuitate ſororis / ſilicem
ſolidiſſimum tulit et ait· Prius ſcĩ
detur lapis iſte in manu mea ꝙ ſo
ror mea iutta ſtabilis fiat / et morĩ
alis / deſignans eius durum et incõ
uertibile cor ad deum· ¶ Sed deus
oſtendit / ꝙ de lapidibus poteſt fa
cere filios abrahe / quia ſilex mox
inſcindebatur ĩ manu eius· Qđ iut
ta videns / ſeculo valedixit / et mo/
naſterium ſanctimonialium intra
uit· ¶ Tercio / mollit deus cor durũ
per flagellum / ⁊ extrinſecam caſti
gationem· Ipſe namq̃ / aduerſita/
tibus quandoq̃ tangit obſtinatos
et emollit eos· ¶ In ſignum huius
moyſes percuſſit petram / et efflux
erunt aque / ut dicitur exodi. xvijᵒ
et numerorum viceſimo / de hac dixit
pſalmiſta / percuſſit petram et flux
erunt aque· Item interrupit pe/
tram in heremo / et adaquauit eos
velut in abyſſo multa / et eduxit a/
quam de petra ⁊ cetera· ¶ Sic fuit
de manaſſe / qui monitionibus pro

phetarum non acquieſcens tamq̃
induratus / multis et grauiſſimis
peccatis irritauit deũ / in tãtum ut
plateas iheruſalem rubricaret cũ
ſanguine prophetarum· Vnde de eo
ſicut dicitᵗ ijᵃ paralipᵒ xxxiijᵒ / Ma/
naſſes ſeduxit iudam / et habitato
res iheruſalem / ut faceret malũ ſu/
ꝑ ões gẽtes quas ſubuerterat do
minꝰ a facie filiorũ iſrł· locutꝰq̃ eſt
dñs ad eũ ⁊ ꝓplm illiꝰ / et attẽdẽ no
luerũt· idcirco ſupinduxit eis prin/
cipes et excercitus regis aſſyriorũ·
ceperuntq̃ manaſſem / et vinctum
cathenis atq̃ cõpedibus duxerunt
babilonem· Qui poſtq̃ coanguſta
tus eſt / orauit dominum deum ſuũ /
et egit penitentiam valde coram de
o patrum ſuorum / deprecatusq̃ eſt
eum / et obſecrauit intente / et exau/
diuit orationem eius· reduxitq̃ eũ
in iheruſalem in regnum ſuum Et
cognouit manaſſes ꝙ dominꝰ ip/
ſe eſt deus· hec ibi· ¶ Exemplũ / Et
de preſbitero caſſij epiſcopi narni
enſis / licet non fuerit obſtinatus in
malo / tamen quia mandato domini
ſemel et iterum non obediuit / ſic ſcĩ
bit gregorius in quadam omelia.
ꝙ dñs tcia nocte ſibi apparẽs / ver
addidᵗ verbera / ⁊ tam diſtricta cede
mactatꝰ ẽ / ut ĩ eo duriciã cordis e
molliret vulnera corpis / ¶ Sed heu /
q̃dã flagellãtᵗ a dño / ꝫ parũ ãt nich
il emolliũtᵗ Sic pharao rex egip/
ti mkte / flagellis tactꝰ duriciã cordꝭ
nõ depoſuit / ꝫ tãdẽ cũ excercitu ſuo
deſcendit in profundum q̃ſi lapis
Et merito deſcẽdit / q̃ſi lapis / q̃ tãq̃
lapis ĩduratus fuit· ¶ Exm̄· Nomi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

et ego quemdam iohannem barde
wyckz noīe minus deū timētē· qui
quadam nocte ludēs ad taxillos et
pdēs pessima verba euomuit Et fu
ribundus ſurgēs et ſtans in ianua
domus vidit a foris quēdam horri
bilem venientē et percutientem eum
grauiſſime in faciem· Qui retro ce
cidit tanq̄ iumētū et amiſſo ſenſu.
grauiſſime torq̄batur in lingua ſu
a· ſic ꝙ illa tātum creuit ꝛ inſpiſ⸗
ſabatur in ore ſuo ut eam emitte⸗
re non poſſet quātūcūq; hiaret· Tā
dem aliis pro eo orantibꝫ et vota vo
uentibꝫ post triduū cōualuit ¶ Sed
audi mirabile· Nam poſtea interro
gatus de illo quod ſibi cōtigerat a
it quaſi ſubſanādo Quid factū eſt?
Si prius cōſueui parū iurare amo
do iurabo multum· ¶ Quarto deus
mollit cor durum ꝑ ammonitionē
aliquam intrīſecā aut extrīſecam
¶ De āmonitione intrīſeca ſatis pa⸗
tuit in maria magdalena q̄ in pec
catis obſtinata cū intrīſecus tāge
retur fecit ac ſi dixiſſet cū ꝓpheta
Audiā quid loquat̄ in me dn̄s me
us Et venit ad dn̄m et ſic emolli⸗
ta fuit ut lacrimis ſuis rigaret pe
des dn̄i ut dr̄ Lu vii°· ¶ Ex^m Si⸗
militer in libro de apibꝫ legitur de
magiſtro iohanne de niuella ꝙ cū
agonizaret vicinꝰ morti eo veſpe
quo de nocte defunctꝰ fuit quidam
vir vagus et nudus ex hiis q̊s ri⸗
baldos dicimꝰ interiꝰ tactus ꝛ mo
tus venit ad domū in qua vir dei de
cūbebat petēs cōfiteri ſcō viro Sꝫ
reſponſū fuit ꝙ nō poſſet· Illo vero
cum dolore recedēte quēdam ex cir

cūſedentibꝫ vir ſanctus aduocabat
dicēs· Reducite illum ad me quem
repuliſtis· Quo audito mirati ꝛ cō
fuſi omnes hominē illū reduxerūt
Qui cū omni diligentia cōfeſſione
facta et abſolutione recepta diſceſ⸗
ſit· Tunc dixit btūs vir· Nollē pro
mille marcis me hominē illum nō
audiſſe Et vide quo frcū· Vix em̄
ꝑ quartā partem diſceſſerat a do
mo· et ecce repentina morte ꝑcuſſꝰ
cecidit mortuus ¶ Iſte fuit idē mgr̄
iohannes de quo ſupradixi· ꝙ ani
mam peccatricis liberauit a purga
torio · ¶ De āmonitione nō ſolum
intrīſeca ſed eciā extrīſeca legi ex
exēplū ſatis terribile · ¶ Tempore
nāq; ottonis imperatoris in famo⸗
ſa ciuitate ſaxonie que partinopo⸗
lis dicit̄· vulgariterq; meydeburch
appellat̄· fuit quidam ſcolaris ru⸗
dis ingenii hudo noīe q̄ quadam di
e dolens de verberibꝫ q̄ ob ruditatē
ſuſtinuit frequenter intrās eccle
ſiam orauit coram q̊dam altari cū
lacrimis et obdormiuit audiuitꝫ be
atā mariam ſibi dicētem ꝙ ꝓpter
preces ſuas eſſet ſibi cōceſſa ple⸗
nitudo ſcientie et ſi bn̄ vteretur ea
eſſet ſecū habiturus gloriā ſi vero
male tūc eſſꝫ ſibi ad maiorē damp
nationē Euigilās igit̄ inuenit ſe ī
mutatum in virum ſapiētiſſimum
ita ꝙ poterat dicere cū pē· Super
omnes docētes me intellexi· Quo
diuulgato poſtmodum fuit fcūs ar
chiepūs meydeburgēſis ¶ Et primo
quidem ſatis bene ſe rexit ſed paula
tim decidēs et defluēs ad vicia pri⸗
mo occulte poſtea publice vicioſſiſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 36

ſime vixit in tātū ꝙ ſtat9 ecc̄e ſb ipſo multū defecit Tādē q̄dā canonicus orans in ecc̄a de nocte vidit corporeis ocul̄ videntē dn̄m nr̄m cū maria matre ſua ⁊ maxīa mltitudīe āgelorū ⁊ ſcōrū Et cū ſediſſēt ſurrexit btūs mauricius patron9 eccleſie ⁊ toti9 dioc̄ et cōq̄rebat̄ de vdone archiep̄o· Et ſtatī p̄cipiēte dn̄o allat9 fuit de lcō ſuo vbi iacuit cū q̄dā abbatiſſa ⁊ data ſētencia a dn̄o. decollat9 fuit corā altari Quo facto tota illa cōgregatio diſceſſit Eadē nocte oſtēſa fuit capellano ſuo horribilis dāpnatō· vidit eīn̄ dormiēs ī cāpis ext̄ ciuitatē animā ei9 p̄ſētari pricipi cuidā tenebrarū cui magn̄ā mltitudo demonū obtēpabat Et cū ille pricepe tenebrarū aīaz ī dolo ſalutaret ⁊ regraciaret̄ de fideli ſuicio ſuo et illa tacēt Juſſ̄t eā duci ad locū ē p̄parātū ⁊ reduci Que cū r̄duceret̄ apparuit tota ignea et videns ſe dāpnatā maledixit deo ⁊ ſc̄īs eius ſibi ipſi et ōib3 creaturis· Cachinātibus autē demoībus et dicētibus ·Ecce q̄ bene ſcit cantum noſtrum· cum magno ſtrepitu reducta fuit ad locum ſuum Mane facto inuentum fuit cadauer eius iuxta altare et ꝓiectū extra ciuitatem Sed vbicūq3 erat. ibi demones ludebāt cū cadauere· Tādē proiectum fuit in aquā ⁊ ōnes piſces p mag̃ ſpaciū moriebāt̄ q̄uſq3 extractū ī q̄ddā deſertū fuit deportatū Et nō ad ꝓpoſitū noſtrū ꝙ admoītus fuit eciam ad extra nā tribus noctibus āte hāc dampnationem quando fuit occupatus in ope luxurioſo audiuit vocem dicentem ſibi· Ceſſa de ludo q̄r luſiſti ſatis vdo· Sed ipſe obſtīatus non curauit Nos igitur huiuſmodi obſtinatōnem fugiamus ne ſic a domino iudicemur et dampnemur Adiuuāte nos domino noſtro ih̄u x° in ſeculum benedicto· Amē·

Sermo q̄dragesimus octauus

